

IVLII FRONTINI DE AQUAEDVCTV VRBIS ROMAE

[f.22^r, r CVM OMNIS RES ab imperatore delegata intentiorem exi-
p.43] gat curam, et me seu naturalis sollicitudo seu fides sedula non
ad diligentiam modo verum ad amorem quoque commissae
rei instigent, sitque nunc mihi ab Nerva Augusto, nescio dili-
gentiore an amantiore rei publicae imperatore, aquarum in-
iunctum officium, ad usum tum ad salubritatem atque etiam
securitatem urbis pertinens, administratum per principes sem-
per civitatis nostrae viros, primum ac potissimum existimo, sicut
2 in ceteris negotiis institueram, nosse quod suscepi. neque enim
ullum [†]omnis[†] actum certius fundatum crediderim, aut aliter
quae facienda quaeque vitanda sint posse decerni, aliudve tam
indecorum tolerabili viro quam delegatum officium ex adiuto-
rum agere praeceptis, quod fieri necesse est quotiens imperitia
praepositi ad *i[n]feri*orum decurrit usum, quorum etsi necessariae
partes sunt, ad ministerium tamen ut manus quaedam et instru-
2 mentum agentis <adhibentur>. quapropter ea quae ad univer-
sam rem pertinentia contrahere potui, more iam per multa mihi
officia servato, in ordinem et velut {in hunc} corpus deducta in
hunc commentarium contuli, quem pro formula administratio-
3 nis respicere possem. in aliis autem libris, quos post experimenta
et usum composui, succedentium res acta est; huius commen-
tarii pertinebit fortassis et ad successorem utilitas, sed cum inter
initia administrationis meae scriptus sit, in primis ad meam

Incipit prologus iulii frontini in libro de aqueductu urbis romae C
1 <cum> (tum α) *post* officium *add. Krohn* civitatis α: celuitatis C 2.1
omnis] omis C: homini *Haupt: an hominis?* actum *ego*: actus C: satius *Haupt*
fundatum *ego*: fundatus C: fundamentum α: fundatius *Haupt* quod α: quo C
praepositi *Schultz*: precositei C ad inferiorum *scripsi*: adi[c. 2 litt.]orua C: ad
illorum *Schultz* <adhibentur> *Reeve: post agentis spat. c. 5 litt. C*: esse debent
add. Jocundus: sunt *Grimal* 2 servato α: struato C {in hunc} *Bücheler*
(hunc C: hoc α: unum *Polenus*)

- 3 institutionem regulamque proficiet. ac ne quid ad totius rei pertinens notitiam praetermisisse videar, nomina primum aquarum quae in urbem {Romam} influunt ponam; tum per quos quaeque earum et quibus consulibus, quoto post urbem conditam anno perducta sit, dein quibus ex locis et †a quoto cepisse.at† <quot passus ductus cuiusque efficiat, et ex eo> quantum subter-
- 2 raneo rivo, quantum substructione, quantum opere arcuato; post altitudinem cuiusque, modulorumque <rationes, quem modum quaeque aqua habere visa sit quantumque erogaverit, quaeque> erogationes habiles factae sint; quantum extra urbem, quantum <in> urbe unicuique regioni pro suo modo unaquaeque aquarum serviat; quot castella publica privataque sint, et ex is quantum publicis operibus, quantum muneribus – ita enim †cultiores† appellantur –, quantum lacibus, quantum nomine {Iulii} Caesaris, quantum privatorum usu<bus> beneficio principis detur; quod ius <ducendarum> tuendarumque sit earum; quae id sanciant poenae lege, senatus consulto et mandatis principum inrogatae.
- 4 Ab urbe condita per annos quadringentos quadraginta unum contenti fuerunt Romani usu aquarum quas aut ex Tiberi aut
- 2 ex puteis aut ex fontibus hauriebant. fontium memoria cum sanctitate adhuc exstat et colitur (salubritatem aegris corporibus afferre creduntur), sicut Camenarum et †Apollinaris† {in} et

3.1 {Romam} *seclusi* sit *Polenus*: sint *C* a quoto <miliario> *Jocundus* cepisse. | at *C*: coepissent α: coepisset *Polenus*: <initium> capessat *Krohn*: capta sit *Bennett*: concipiatur *Grimal* ‘addendum quot passus ductus cuiusque efficiat’ *Bücheler* et ex eo *addidi* substructione α: -tionē *C* 2 rationes quaeque *Grimal* (rationes denique quae *Schultz*): rationem α quem modum . . . erogaverit *exempli causa scripsi* (cf. 64.1) erogationes habiles *C*: ab illis erogationes α: erogationes ab illis *edd.* in urbe *UB²*: urbē *C*: intra urbem *Polenus* privataque *del. Schultz* lacus *post cultiores ins. Lanciani*, salientes *Krohn* appellantur *C*: appellant *ed. Argent.* iulii *recte praetermisit* α usibus *Heinrich*: usi *C*: usui α <ducendarum> *Schultz* poenae lege *Holstenius, Bücheler*: pena.elige *C*: p(o)ena e lege α poenae ex legibus *Heinrich* consulto *C*: consultis α Explicit prologus *C* 4.2 Camoenarum *Dederich*: caminaras (*ut vid.*) *C* apollinaris *C*: Apollinis *Dederich* et Iuturnae *Dederich*: inetiuturne (*ut vid.*) *C*

- 3 Iuturnae. nunc autem in urbem confluunt aqua Appia, Anio
vetus, Marcia, Tepula, Iulia, Virgo, [Alsietina] (quae eadem vo-
catur Augusta), Claudia, Anio novus.
- 5 M. Valerio Maximo P. Decio Mure consulibus, anno post
initium Samnitici belli tricesimo, aqua Appia in urbem in-
ducta est <ab> Appio Claudio {Crasso} censore, cui postea
[Caeco] fuit cognomen. [idem eo anno] et viam Appiam [a
porta] Capena usque a[d urbem] Capuam muniendam curavit.
- 2 collegam habuit C. Plautium, cui ob inquisitas eius aquae ve-
3 nas Venocis cognomen datum est. sed quia is intra annum et
sex menses, deceptus a collega tamquam {ib}idem facturo, ab-
dicavit se censura, nomen aquae ad Appii tantum honorem
pertinuit, qui multis tergiversationibus extraxisse censuram tra-
ditur, donec et viam et huius aquae ductum consummaret.
- 4 concipitur Appia in agro Lucullano via Praenestina inter mi-
liarium septimum et octavum, deverticulo sinistrosus passuum
5 septingentorum octoginta. ductus eius habet longitudinem a
capite usque ad Salinas, qui locus est ad portam Trigeminam,
passuum | undecim milium centum nonaginta. <ex eo rivus
est> sub<t>er<raneus pas>uum undecim milium centum tri-
ginta, supra terram substructio et arcuatura proximum portam
- 6 Capenam passuum sexaginta. iungitur ei ad S[p]em veterem
in confinio hortorum Torquatianorum et [. . . .]norum ramus
Augustae ab A[ugusto] in supplementum eius additus, [cui lo]co

[f.22^v,
p.44]

3 *fluunt* C: *influunt* α anio (*ut vid.*) α: quam C alsietina α: [*spat.* c. 9
litt.] C 5.1 *valerius maximus* C: *em.* α tricesimo *Sigonio praeunte Bücheler*:
vicesimo C <ab> *edd.* crasso *seclusi* C(a)eco A, *Jocundus*: [*spat.* c. 6
litt.] C idem eo anno *scripsi*: [*spat.* c. 7 *litt.*] C: qui α a porta α: [*spat.* c. 8
litt.] C ad urbem α: [*spat.* c. 7 *litt.*] C muniendam α: -da C 2 *Plau-*
tium Opsopoeus, Holstenius: *plautum* C 3 is α: his C idem *B²* A: *ibidem*
C 4 *lucullano* α: *luculano* C *prenestina* α: *prenestrina* C: *Collatina*
Lanciani 5 *ex eo . . . passuum restituit Bücheler*: *supersuum* C: *subterraneo*
rivo passuum Jocundus milium U: milia C *arcuatura suspectum*: <opus>
arcuatum Bücheler (substructione et arcuatione *Polenus*) 6 *ante iungitur spat.*
c. 5 litt. C, *sed ex c. 15.4 colligere licet nihil fere deesse* Spem *Holstenius, Polenus*:
s[c. 2 *litt.*]em C [c. 4 *litt.*]norum C: *Epaphroditianorum Corradinus de Al-*
lio: Taurianorum Carcopino ramus *ed. Basil.*: -um C Augusto *Holstenius,*
Polenus: a[c. 4 *litt.*] C: *Agrippa Schultz* additus P: -um C cui loco *Grimal*
(loco iam *Holstenius*): [c. 3 *litt.*]to C: *imposito Polenus*

- 7 co<g>nomen [aquarii de]derunt Gemellorum. hic via Praenestina
ad miliarium sextum deverticulo sinistro<sus> passuum non-
gentorum octoginta proxime viam Collatinam accipit fontem.
8 cuius ductus usque ad Gemellos efficit rivo subterraneo passus
9 sex milia trecentos octoginta. incipit distribui [in] imo Publicii
clivo ad portam Trigeminam, qui locus Salinae appellantur.
6 Post annos quadraginta quam Appia perducta est, anno ab urbe
condita quadringentesimo octogesimo primo, M'. Curius Den-
tatus, qui censuram cum L. Papirio Cursore gessit, Anionis qui
nunc vetus dicitur aquam perducendam in urbem ex manu-
biis de Pyrrho captis locavit, Sp. Carvilio L. Papirio consulibus
2 iterum. post biennium deinde actum est in senatu de consum-
mando eius aquae opere, †irefent [. . . .]nocumi[. . . .] praetor.†
3 tum ex [sena]tus [cons]ulto duumviri <a>quae perducendae
<cre>ati sunt Curi[us, qui eam] locaverat, <et Q.> Fulvius Flac-
4 cus. Curius intra quintum diem quam erat duumvirum creatus
5 decessit; gloria perductae pertinuit ad Fulvium. concipitur Anio
vetus supra Tibur <via Valeria> vicesimo miliario extra por-
tam [. .]RRΛ[. .]nam, ubi partem [dat] in Tiburtium usum.
6 ductus eius habet longitudinem, ita exigente libramento, pas-
suum quadraginta trium milium: ex eo rivus est subterraneus

cognomen BOA: co | nom C (unde loco nomen Bücheler); cognomine U (pro-
bat Polenus) aquarii dederunt ego: [c. 4 litt.]denti C: inde habenti Holstenius:
respondenti Polenus: ideo datur Grimal 7 sinistrosus α: sinistro C Col-
latinam Schultz: collatiam C 8 passus ego: passuum C 9 in scripsi: [spat.
c. 2 litt.] C: Appia Polenus publicii C: Publicio Schultz, Becker clivo Polenus:
ciluo C qui . . . appellantur del. Dederich (ad portam . . . appellantur del.
Schultz) 6.1 primo scripsi: uno C M'.] Man. Polenus: M. C lucio C
aquam α: aqua C urbem α: urbe C spurio C lucio C 2
irefent[c. 4 litt.]nocumi[c. 4 litt.]ptor C: referente . . . praetore Bücheler 3
senatus consulto A: [c. 3 litt.]tus [c. 3 litt.]ulto C aqu(a)e α: quae C creati
α: ati C curius α: curi. C qui eam Polenus: [c. 3 litt.] C et α: om.
C Q. addidi 4 pertinuit α: pertimuit C 5 <via Valeria> addidi prae-
untibus Blackman et Mari: lacunam post Tibur ind. Blackman (fort. < . . . -tur>) vi-
cesimo corruptum esse suspicatur Grimal [spat. c. 2 litt.]RRΛ[spat. c. 2 litt.]nam
C: Baranam Cassio: Varianam Fea: Tiburtinam Grimal dat Polenus: [spat. c.
3 litt.] C usum BOA: usu C 6 quadraginta trium] LIII Ashby: LXIII
Roncaioli Lamberti

passuum quadraginta duum milium septingentorum septuaginta novem, substructio supra terram passuum ducentorum viginti unius.

- 7 Post annos centum viginti septem, id est anno ab urbe condita sexcentesimo octavo, Ser. Sulpicio Galba {cum} L. Aurelio Cotta consulibus, cum Appiae Anionisque ductus vetustate quassati privatorum etiam fraudibus interciperentur, datum est a senatu negotium <Q> Marcio, qui tum praetor inter cives ius dicebat, eorum ductuum reficiendorum ac vindicandorum. et quoniam incrementum urbis exigere videbatur ampliorem modum aquae, eidem mandatum a senatu est ut curaret alias aquas quatinus {quas} posset in urbem perducere. [itaque pri]ores ductus ref[ecit et] tertiam illa <m pro>pro ri[vo in urbem per]duxit, cui ab auctore Marciae nomen est.
- 2 candorum. et quoniam incrementum urbis exigere videbatur ampliorem modum aquae, eidem mandatum a senatu est ut curaret alias aquas quatinus {quas} posset in urbem perducere. [itaque pri]ores ductus ref[ecit et] tertiam illa <m pro>pro ri[vo in urbem per]duxit, cui ab auctore Marciae nomen est.
- 3 cere. [itaque pri]ores ductus ref[ecit et] tertiam illa <m pro>pro ri[vo in urbem per]duxit, cui ab auctore Marciae nomen est.
- 4 legimus apud Fenestellam in haec opera Marcio decretum sestertium millies octingenties, et quoniam ad consummandum negotium non sufficebat spatium praeturae, in annum
- 5 alterum est prorogatum. eo tempore decemviri, dum aliis ex causis libros Sibyllinos inspiciunt, invenisse dicuntur non esse [fas] aquam Marciam seu potius Anionem – de hoc enim constantius traditur – in Capitolium perduci; deque ea re in senatu M. Lepido pro collegio verba faciente actum, Appio Claudio Q. Caecilio consulibus; eandemque post annum tertium

7.1 Ser. α: S. C sulpicio α: -us C {cum} Bücheler lucio C anionisque α: amion- C datum α: datus C <Q> Holstenius, Bücheler
 Marcio Polenus: marco C 2 quatinus alias aquas C: transp. Sauppe
 {quas} Schultz perducere Schultz: perduceret C 3 itaque (Jordan: ille Holstenius: qui Grimal: Marcius Kunderewicz) priores (Holstenius, Bücheler): [c. 8 litt.]ores C refecit et Holstenius: rei[c. 5 litt.] C: restituit et Bücheler illam (Schultz) proprio rivo (ego): illiobrior(um) C: illis salubriorem Holstenius, Bennett: illis uberiores Sauppe, Jordan in urbem Schultz: eam aquam Polenus perduxit Schultz: deduxit Holstenius auctore artiae C 4 millies octingenties (Schultz) et Bücheler: mine octingente. Set C spatium B²M: statium C 5 decemviri α: decemvira C invenisse MV: inventi C fas Schöne: [c. 3 litt.] C perduci C: perducendam Jocundus (-dum Bücheler) senatu M. Bücheler (senatū iam α): senatu C collegio Pighius: collega C Q α: que C eandemque MV: eademque C

- a L. Lentulo retractatam, C. Laelio Q. Servilio consulibus;
 sed utroque tempore vicisse gratiam Marcii Regis, atque ita in
 6 Capitolium esse aquam perductam. concipitur Marcia via Va-
 leria ad miliarium tricesimum sextum deverticulo euntibus ab
 urbe Roma dextrosus milium passuum trium, Sublacensi autem,
 quae sub Nerone principe primum strata est, ad miliarium
 7 tricesimum octavum sinistrosus intra passus ducentos. †fontin
 [. . . .]sub[. . .]bus petrei[. . .]† stat im[mobilis] stagni
 8 mo[do] colore perviridi. ductus eius habet longitudinem a capite
 ad urbem passuum sexaginta milium et mille septingentorum
 decem et semis: rivo subterraneo passuum quinquaginta quat-
 tuor milium ducentorum | quadraginta septem semis, opere
 supra terram passuum septem milium quadringentorum sex-
 aginta trium: [ex] eo longius ab urbe pluribus locis p<e>r
 vallis opere arcuato passuum quadringentorum sexaginta trium,
 propius urbem a septimo miliario substructione passuum quin-
 gentorum viginti octo, reliquo opere arcuato passuum sex mi-
 lium quadringentorum septuaginta duum.
- 8 Cn. Servilius Caepio et L. Cassius Longinus, qui Ravilla appella-
 tus est, censores anno post urbem conditam sexcentesimo vice-
 simo septimo, M. Plautio Hypsaeo M. Fulvio Flacco consulibus,
 aquam quae vocatur Tepula ex agro Lucullano, quem quidam
 Tusculanum credunt, Romam et in Capitolium adducendam cu-
 2 raverunt. Tepula concipitur via Latina ad decimum miliarium

[f.23^r,
P.45]

Q. α: que C 6 milium *ed. Argent.*: milia C passus ducentos *Bücheler*: pas-
 suum ducentorum C: spatium (*pro* passuum) A, unde spatium passuum ducento-
 rum *Jocundus* 7 locus *vix sanabilis* fontin[*c. 6 litt.*] C: fontium [*spat.*] BOA:
 <aqua> *Grimal* sub [*c. 4 litt.*]bus C: substructionibus B^r: sub fornicibus
Schultz: s. specibus *Bücheler*: s. rupibus *Grimal*: s. arcubus *Kunderewicz* pe-
 trei[*c. 5 litt.*] C: petraeis *Schultz* statim [*c. 4 litt.*]stagnimo[*c. 3 litt.*] C (*suppl.*
Schultz) perviridi *Polenus*: p̄viridi C 8 cum et semis tum semis *suspectum*,
 an ex eo scribendum? ex *Polenus*: [*c. 2 litt.*] C per vallis *Holstenius, Bücheler*:
 p.R. vallis C: per p(opuli) R(omani) vallis α substructione *Est*: -tionē C
 reliquo *MV*: reliqua C sex] sex.s. C (sexs *Bücheler*) 8.1 Caepio *edd.*: scy-
 pio C plautio α: plautius C Hypsaeo (*Scaliger*) M. *Bücheler*: hypsaponi
 ut *vid.* C lucullano α: luculano C 2 *fortasse* miliarium decimum (*c. 5-4*,
5.7, etc.)

deverticulo {euntibus ab Roma} dextrosus [. . .] milium passuum duu[m]. inde [rivo] suo in urbem perducebatur.

- 9 Post[ea M.] Agrippa aedilis post primum consulatum, imperatore Caesare Augusto. II. L. Volcatio consulibus, anno post urbem conditam septingentesimo nono decimo, ad miliarium ab urbe duodecimum via Latina <deverticulo> {euntibus ab Roma} dextrosus milium passuum duum, alterius <a>quae prias vires collegit et Tepulae rivum interceptit; adquisita<e>que ab inventore nomen Iuliae datum est, ita tamen divisa erogatione ut maneret Tepulae appellatio. ductus Iuliae efficit longitudinem passuum quindecim milium quadringentorum viginti sex: <rivo subterraneo passuum octo milium quadringentorum viginti sex>, opere supra terram passuum septem milium: ex eo in proximis urbi locis a septimo miliario substructione passuum quingentorum viginti octo, reliquo opere arcuato passuum
- 4 sex milium quadringentorum septuaginta duum. praeter caput
- 5 Iuliae transfluit aqua quae vocatur Crabra. hanc Agrippa omisit, seu quia improbaverat sive quia Tusculanis possessoribus relinquendam credebat. haec namque est quam omnes villae tractus eius per vicem in dies modulosque certos dispensatam accipi-
- 6 unt. sed non eadem moderatione aquarii nostri par[tem] eius semper in supplementum Iuliae vindicaverunt, nec ut Iuliam augerent, quam hauriebant largiendo compendi sui gratia.
- 7 exclusa ergo Crabra et tota iussu imperatoris reddita <est>

{euntibus ab Roma} *ego* ab α: ad C ante milium c. 5 litt. *spatium in C, sed cum voces apte cohaereant nihil omnino deesse crediderim* duum α: duu [c. 2 litt.] C rivo suo *Jocundus* (suo rivo *Bücheler*): [c. 1 litt.] suo C: suo iure *Grimal* 9.1 Postea M. *Polenus* (*praenomen iam suppl.* α): Post [c. 5 litt.] C: Post annos LXXXXII M. *Bücheler*: post hos M. *Kunderewicz* (cf. 13.1) consulibus α: consule C <deverticulo> *Schultz* {euntibus ab Roma} *ego* alterius aquae *Schultz*: alteriusque C 2 adquisitaeque] aquisit(a)equae A: adquisita-que C: adquisitae aquae *Schultz* 3 sex] sex.s. C (sex S. *Bücheler*) <rivo . . . viginti sex> *ego* urbi *Drechsler*: urbis C: urbem *Bücheler* 5 haec] Ec C (*primus recte vidit Krohn*): Ea α 6 moderatione α: -tionē C par [c. 5 litt.] C: partem *insequente spatium* α, unde p. maximam (*Polenus*) vel potio-rem (*Schultz*) addere voluerunt vindicaverunt (α *praeunte*) *Dederich*: udindicaverunt C compendi *Jocundus*: complendi C 7 exclusa C: exclusi *Dederich*: exclusa est A, *Jocundus* crabra C: crabram UBO tota *Jocundus*: totā C reddita (*Jocundus*) <est> *scripsi*: reddidit C: reddidi *Schultz*

Tusculanis; qui nunc forsitan non sine admiratione eam sumunt,
 8 ignari cui causae insolitam abundantiam debeant. Iulia autem
 revocatis derivationibus per quas subripiebatur modum suum
 9 quamvis notabili siccitate servavit. eodem anno Agrippa duc-
 tus Appiae Anionis Marciae paene dilapsos restituit et singulari
 cura compluribus salientibus {aquis} instruxit urbem.

10 Idem cum iam tertium consul fuisset, C. Sentio <Q> Lucretio
 consulibus, post annum tertium decimum quam Iuliam dedux-
 erat, Virginem quoque in agro Lucullano collectam Romam
 2 perduxit. die quo primum in urbem responderit, quinto Idus
 3 Iunias invenitur. Virgo appellata est, quod quaerentibus aquam
 militibus puella virguncula venas quasdam monstravit, quas se-
 4 cuti qui foderent ingentem aquae modum vocaverunt. aedicula
 5 fonti adposita hanc originem pictura ostendit. concipitur Virgo
 via Collatina ad miliarium octavum palustribus locis signino
 6 circumiecto continendarum scaturriginum causa. adiuvatur et
 7 compluribus aliis acquisitionibus. venit per longitudinem pas-
 suum decem quattuor milium centum quinque: ex eo rivo
 subterraneo passuum decem duum milium octingentorum
 sexaginta quinque, supra terram per passus mille ducentos
 quadraginta: ex eo substructione rivorum locis compluribus pas-
 suum quin | gentorum quadraginta, opere arcuato passuum
 [f.23^v,
 p.46] 8 septingentorum. acquisitionum ductus rivi<s> subterranei<s>
 efficiunt passus mille quadringentos quinque.

11 Quae ratio moverit Augustum, providentissimum principem,
 perducendi Alsietinam aquam, quae vocatur Augusta, non satis
 perspicio: nullius gratiae, immo etiam parum salubrem ideoque
 nusquam in usus populi fluentem; nisi forte dum opus nau-
 machiae adgreditur, ne quid salubrioribus aquis detraheret,

9 {aquis} *Keuchenius* 10.1 tertium α: tertio C <Q> *Polenus* 2 die
 C: dies α, fort. recte in urbē C: in urbe *Polenus* responderit 'corruptum
 videtur' *Bücheler* quinto C: quintus *Dederich* 3 foderent *Reeve*: foderant
 C vocaverunt C: invenerunt α 5 Virgo *Schultz*: ergo C collatia C (cf.
 5.7) circumiecto *Jocundus*: -lecto ut vid. C 8 rivi subterraneis *Bücheler*:
 Rivi subterranei C 11.1 dum *Krohn*: cum C adgreditur C: aggrederetur
 A

- hanc proprio opere perduxit et quod naumachiae coeperat superesse hortis adiacentibus et privatorum usibus ad inrigandum
 2 concessit. solet tamen ex ea in Transtiberina regione, quotiens
 3 pontes reficiuntur et a citeriore ripa aquae cessant, ex neces-
 4 sitate in subsidium publicorum salientium dari. concipitur ex
 lacu Alsietino via Claudia miliario quinto decimo deverticulo
 dextrosus passuum sex milium quingentorum. ductus eius efficit
 longitudinem passuum viginti duum milium centum septua-
 ginta duorum, <rivo subterraneo passuum viginti milium et
 mille octingentorum decem et quattuor>, opere arcuato pas-
 suum trecentorum quinquaginta octo.
- 12** Idem Augustus in supplementum Marciae, quotiens siccitates
 egerent auxilio, aliam eiusdem bonitatis opere subterraneo per-
 duxit usque ad Marciae rivum, quae ab inventore appellatur
 2,3 Augusta. nascitur ultra fontem Marciae. cuius ductus, donec
 Marciae accedat, efficit passus octingentos.
- 13** Post hos C. Caesar, qui Tiberio successit, cum parum et pub-
 licis usibus et privatis voluptatibus septem ductus aquarum
 sufficere viderentur, altero imperii sui anno, M. Aquila
 Iuliano P. Nonio Asprenate consulibus, anno urbis conditae
 septingentesimo <unde>nonagesimo duos ductus incohavit.
 2 quod opus Claudius magnificentissime consummavit dedi-
 cavitque <Fausto> Sulla <Salvio> Othone consulibus, anno
 post urbem conditam octingentesimo tertio Kalendis Augustis.
 3 alteri nomen, quae ex fontibus Caerulo et Curtio perduce-
 4 batur, Claudia datum. {haec bonitatis proxima est Marciae.}

perduxit α: perducit C 3 quarto *statim* in *supra additum* ut quinto *le-*
geretur C: quarto α (xv in *margin.* B^e) 4 duorum *suspectum* (duum *expec-*
tares) <rivo . . . quattuor> ego **12.1** egerent *Jocundus*: agerent C
 aliam *Jocundus* (*qui et aquam addidit*): alia C **13.1** undenonagesimo
Bücheler (DCCCLXXXVIII *Pagio praeunte Polenus*): nonagesimo C 2 Fausto
 Sulla Salvio Othone *scripsi*: sulla et tian C: sulla et tutiano α (titiano A)
 tertio (DCCCIII) *Pagio praeunte Polenus*: sexto (*i.q.* DCCVI) C: quarto *Valentini-*
Zucchetti 3 quae . . . perducebatur *secl. Schultz*: ‘*addendum aquae*’ *Bücheler*
 4 {haec . . . Marciae} *Heinrich* bonitatis C: bonitate A proxima C:
 proximae *Bücheler*

5 altera, quoniam duae Anionis in urbem aquae fluere coeperant, ut facilius appellationibus dinoscerentur, Anio novus vocitari coepit {alia omnes praecedit}; priori Anioni cognomen veteris adiectum.

- 14 Claudia concipitur via Sublacensi ad miliarium tricesimum octavum deverticulo sinistrosus intra passus trecentos ex fontibus duobus amplissimis et speciosis, Caerulo (qui a similitudine appellatus est) et Curtio. accipit et eum fontem qui vocatur Albudinus, tantae bonitatis ut Marciae quoque adiutorio quotiens opus est ita sufficiat, ut adiectione sui nihil ex qualitate eius mutet. Augustae fons, quia Marciam sibi sufficere adparebat, in Claudiam derivatus est, manente nihilominus praesidiario in Marciam, ut ita demum Claudiam aquam adiuveret Augusta, si eam ductus Marciae non caperet.
- 4 Claudiae ductus habet longitudinem passuum quadraginta sex milium <quadringentorum sex>: ex eo rivo subterraneo passuum triginta sex milium ducentorum triginta, opere supra terram passuum decem milium <centum> septuaginta sex: ex eo opere arcuato in superiori parte pluribus locis passuum trium milium septuaginta sex et propius urbem a septimo miliario substructione rivorum per passus sexcentos novem, opere arcuato passuum sex milium quadringentorum nonaginta et unius.
- 15 Anio novus via Sublacensi ad miliarium quadragesimum secundum in Simbruino excipitur ex flumine, quod cum terras cultas circa se habeat soli pinguis et inde ripas solutiores, etiam sine
- [f.24^r, 2 pluviarum | iniuria limosum et turbulentum fluit. ideoque a faucibus ductus interposita est piscina limaria, ubi inter amnem et p.47] specum consisteret et liquaretur aqua. sic quoque, quotiens imbres superveniunt, turbida pervenit in urbem. iungitur ei rivus Herculaneus oriens eadem via ad miliarium tricesimum

5 novus α: nous C {alia . . . praecedit} Heinrich alia C: alias MV: altitudine alias Krohn 14.1 {qui . . . est} Schultz 2 adiectione sui Jocundus: adiectiones sex C: adiectiones vi V (adiect- iam α) 4 quadr. sex] CCCCVI add. Polenus centum] C add. Polenus propius ego (cf. 7.8, 15.6): prope C unius Bücheler: unum C 15.1 Simbruino Bücheler: sübriuno C 4 ei Jocundus: et C

- octavum e regione fontium Claudiae trans flumen viamque.
 5 natura e<st> purissimus, sed mixtus gratiam splendoris sui
 6 amittit. ductus Anionis novi efficit passus quinquaginta octo
 milia septingentos: ex eo rivo subterraneo passuum quadra-
 ginta novem milium trecentorum, opere supra terram passuum
 novem milium quadringentorum: ex eo substructionibus aut
 opere arcuato superiori parte pluribus locis passuum duum
 {decim} milium trecentorum, et propius urbem a septimo mi-
 liario substructione rivorum <per> passus sexcentos novem,
 opere arcuato passuum sex milium quadringentorum nona-
 7 ginta unius. hi sunt arcus altissimi, sublevati in quibusdam locis
 pedes centum novem.
- 16 Tot aquarum tam multis necessariis molibus pyramidas videlicet
 otiosas compares aut cetera inertia sed fama celebrata opera
 Graecorum?
- 17 Non alienum mihi visum est longitudines quoque rivorum
 2 cuiusque ductus etiam per species operum complecti. nam
 cum maxima huius officii pars in tutela eorum sit, scire prae-
 3 positum oportet quae maiora impendia exigant. nostrae qui-
 dem sollicitudini non sufficit singula oculis subiecisse; formas
 quoque ductuum facere curavimus ex quibus adpar<er>et ubi
 valles quantaque, ubi flumina traicerentur, ubi montium late-
 ribus specus adpliciti maiorem adsiduamque †petendi ac mu-
 4 niendi vi† exig<er>ent curam. hinc illa contingit utilitas, ut rem

5 natura est *Bücheler*: nature *C*: natura *A* purissimus *ut vid.* α: pessimus *C*
 6 Ductu *C*: *em.* α passus *scripsi* (cf. 5.8, 10.8, 12.3): passuum *C* milium
 trecentorum *ego*: milia trecentos *C* milia quadringentos *C*: *em.* *ego* pas-
 suum *C*: passus α duum *scripsi*: duo *C* {decim} *Polenus* milium tre-
 centorum *ego*: milia trecentos *C* per *addidi* (cf. 14.4) milia quadringentos
C: *em.* *ego* unius *ego*: unum *C* 16.1 tam multis *del.* *censuit Bergk* opera
edd.: opere *C* 17.1 quoque *del.* *Heinrich*: 'suppl. fere <quantas> quomque
deinde per<lustrare et oculis singulas> species' *Krohn* 2 sit α: scid *C* 3
lacunam ante nostrae *ind.* *Krohn* nostrae . . . sollicitudini *Jocundus*: nostra . . .
 sollicitudine *C* sufficit *C*: suffecit *Jocundus* adpareret *scripsi*: adparet α:
 abparet *C* traicerentur *C* ('suspectum' *Bücheler*) adpliciti *Jocundus*: ad-
 plicite *C* petendi *C* (*obelum adhibuit Krohn*): protegendi *P*: perterendi *Jocundus*:
 tuendi *Bücheler*: tegendi *Ehlers* vi *C*: ii *Jocundus*: rivi *Heinrich*: 'fortasse ductus'
Bücheler exigerent *scripsi*: exigant *C*

statim velut in conspectu habere possimus et deliberare tamquam adistentes.

18.1,2 Omnes aquae diversa in urbem libra perveniunt. inde s<erv>iunt quaedam altioribus locis et quaedam erigi in eminentiora non possunt; nam et colles sensim propter frequentiam incendiorum excreverunt rudere. quinque sunt quarum altitudo in omnem partem urbis adtollitur, sed ex his aliae maiori, aliae leviori pressura coguntur. altissimus est Anio novus, proxima Claudia, tertium locum tenet Iulia, quartum Tepula, dehinc Marcia, quae capite etiam Claudiae libram aequat. sed veteres humiliore directura perduxerunt, sive nondum ad subtile explorata arte librandi, seu quia ex industria infra terram aquas mergebant, ne facile ab hostibus interciperentur; cum frequentia adhuc contra Italicos bella gererentur. iam tamen quibusdam locis, sicubi ductus vetustate dilapsus est, omisso circuitu subterraneo vallium brevitatis causa substructionibus arcuationibusque traiciuntur. sextum tenet librae locum Anio vetus, similiter suffecturus etiam altioribus locis urbis, si, ubi vallium summissarumque regionum condicio exigit, substructionibus arcuationibus<que> {veteris} erigeretur. sequitur huius libram Virgo, deinde Appia: quae cum ex urbano agro perducerentur, non in tantum altitudinis erigi potuerunt. omnibus humilior Alsietina est, quae Transtiberinae regioni et maxime iacentibus locis servit.

19 Ex his sex via Latina intra septimum miliarium contextis piscinis excipiuntur, ubi quasi respirante rivorum cursu limum deponunt. modus quoque earum mensuris ibidem positus initur. una autem *emergunt* Iulia Marcia Tepula (quae intercepta, sicut supra demonstravimus, rivo Iuliae accesserat, nunc a piscina

4 velut *ego*: veluti *C* **18.2** serviunt *scripsi* (fit ut quaedam a. l. serviant *Jocundus*): siunt *C*: fiunt α , unde fluunt *ed. pr.* sensim *Bücheler*: si sint *C* 3
 quarum *Schultz*: duarum *C* 4 (a)equat α : equata *C* 6 si ubi *Polenus*:
 sicubi *C* vallium α : uallum *C* arcuationibusque α : arcuationibus *C*: arcuationibusve *Bücheler* veteris *del. Polenus*: arcuationibusve in is *Krohn* 7
 libram *BOA*: libram α **19.1** his α : is *C* 3 una *C*: tres *Bücheler* emergunt *scripsi*: earum *C*: lacunam ante earum *ind. Krohn*, vocem seclisit *Grimal*

eiusdem Iuliae modum accepit ac proprio canali et nomine
 4 venit). hae tres a piscinis in eosdem arcus recipiuntur: summus
 5 *rivus* est Iuliae, inferior Tepulae, dein Marciae. quae ad libram
 [collis Vi]minalis †con[. . .]ntea[. . .]ntes† ad Viminalem
 6,7 usque portam deveniunt, ubi rursus emergunt. prius tamen pars
 Iuliae ad Spem veterem excepta castellis Caelii montis diffundi-
 [f.24^v, 8 tur. Marcia autem partem sui post hortos Pallantianos | in rivum
 p.48] 9 qui vocatur Herculaneus deicit. hic per Caelium ductus, ipsius
 montis usibus nihil ut inferior subministrans, <f>initur supra
 20 portam Capenam. Anio novus et Claudia a piscinis in altiores
 2 arcus recipiuntur ita ut superior sit Anio. finiuntur arcus earum
 post hortos Pallantianos et inde in usum urbis fistulis diducuntur.
 3 partem tamen sui Claudia prius in arcus qui vocantur Neroni-
 4 ani ad Spem veterem transfert. hi directi per Caelium montem
 5 iuxta templum divi Claudii terminantur. modum quem accepe-
 runt aut circa ipsum montem aut in Palatium Aventinumque et
 21 regionem Transtiberinam dimittunt. Anio vetus citra quartum
 miliarium *in tramite* qui a <via> Latina in Labicanam inter arcus
 2 traicit et ipse piscinam habet. inde intra secundum miliarium
 partem dat in specum qui vocatur Octavianus et pervenit in re-
 gionem viae Novae ad hortos Asinianos, unde per illum tractum
 3 distribuitur. rectus vero ductus secundum Spem veniens intra
 22 portam Esquilinam in altos rivos per urbem diducitur. nec Virgo
 nec Appia nec Alsietina conceptacula, id est piscinas, habent.
 2 arcus Virginis initium habent sub hortis Lucullianis; finiuntur
 3 in campo Martio secundum frontem Saeptorum. rivus Appiae
 sub Caelio monte et Aventino actus emergit, ut diximus, infra

accepit C: accipit *Jocundus* 4 rivus *Reeve*: his C: ex is *Schultz*: in iis P Martiae *Jocundus*: marcia C 5 collis Viminalis *Jocundus* (viminalis *tantum* B²): [c. 6 litt.]minalis C cō[c. 4 litt.]nte|a[c. 3 litt.]entes C: coniunctim infra terram euntes *Polenus*: continenter una fluentes *Grimal* (fluentes iam *Bücheler*, fort. *accipiendum*) 6 ubi α: ibi CB² 9 hic *scripsi*: se C: is B², *Dederich* finitur *Rubenius*: initur C 21.1 in *tramite scripsi*: intra novae C: infra (*Dederich*) novum *Bücheler*: in transitu viae *Holstenius* via *add. Dederich* lavicanam C 2 octavianus A (cf. 19.8): octavianum C vienove C *suspectum* 3 Spem <veterem> *Jocundus* exquilinam C 22.1 id est piscinas *secluserim* 2 Lucullianis *Jocundus* (luculianis B²): lucilianis C 3 rivus A: riuos C

- 4 clivum Publicii. Alsietinae ductus post naumachiam, cuius causa videtur esse factus, finitur.
- 23 Quoniam auctores cuiusque aquae et aetates, praeterea origines et longitudines rivorum et ordinem librae persecutus sum, non alienum {autem modi} mihi videtur etiam singula subicere et ostendere quanta sit copia quae publicis privatisque non solum usibus et auxiliis verum etiam voluptatibus sufficit, et per quot castella quibusque regionibus diducatur, quantum extra urbem, quantum in urbe, et ex eo quantum lacibus, quantum muneribus, quantum operibus publicis, quantum nomine
- 2 Caesaris, quantum privatis usibus erogetur. sed rationis existimo, priusquam nomina quinariarum centenari<ar>umque et ceter<or>um modulorum per quos mensura constituta est proferamus, {et} indicare quae sit eorum origo, quae vires et quid quae<que> appellatio significet, propositaque regula, ad quam ratio eorum initur et computatur, ostendere qua ratione discrepantia invenerim et quam emendandi viam sim secutus.
- 24 Aquarum moduli aut ad digitorum aut ad unciarum mensuram instituti sunt: digiti in Campania et in plerisque Italiae
- 2 locis, unciae in Apulia adhuc observa<n>tur. est autem digitus, ut convenit, sextadecima pars pedis, uncia duodecima.
- 3 quemadmodum autem inter unciam et digitum diversitas, ita
- 4 et ipsius digiti duplex observatio est: alius vocatur quadratus,
- 5 alius rotundus. quadratus tribus quartisdecimis suis rotundo maior, rotundus tribus undecimis suis quadrato minor est, scilicet quia anguli detrahuntur. postea modulus nec ab uncia nec
- 25 ab alterutro digitorum originem accipiens, inductus, ut quidam

23.1 auctores *edd.*: auctoris *C* origines *Ursinus, Schultz* (*iam in marg. A*): ordines *C* alienum α : alieniaū modi *C*: alieni modi *Polenus* diducatur *Dederich*: deducatur *C* in urbe *Schultz*: in urbē *C*: intra urbem *BOA* 2 centenariarumque *Jocundus*: centenariumque *C* ceterorum *A*: ceterum *C* {et} *seclusi* qu(a)equē α : que *C* initur et *dubitanter Krohn*: et initium *C*

24.1 Apulia *Ursinus, Scaliger*: papula (*pr. a exp*) *C* adhuc *Heinrich*: citahuc *C*: ita haec *ed. pr.*: ita hoc *Dilke* observantur *MV*: observatur *C* 3 duplex *ego*: simplex *C*: non ante est *add. Jocundus* (*iam supra lin. A*), ante simplex *Bücheler* 5 detrahuntur *Lanciani*: detērentur *C*

putant, ab Agrippa, ut alii, a plumbariis per Vitruvium architec-
 tum, in usum urbis exclusis prioribus venit, appellatus quinariae
 2 nomine. qui autem Agrippam auctorem faciunt dicunt quod
 quinque antiqui moduli exiles et velut puncta, quibus olim aqua
 cum exigua esset dividebatur, in unam fistulam coacti sint; qui
 Vitruvium et plumbarios, ab eo quod plumbea lammina plana
 quinque digitorum latitudinem habens circumacta in rotundum
 3 hunc fistulae modulum efficiat. sed hoc incertum est, quoniam
 cum circumagitur sicut interiore parte adtrahitur, ita per illam
 4 quae foras spectat extenditur. maxime probabile est quinariam
 [f.25^r, 5 dictam a diametro | quinque quadrantum; quae ratio in se-
 p-49] quentibus quoque modulis usque ad vicenariam durat, diametro
 per singulos adiectione singulorum quadrantum crescente: ut in
 senaria quae sex quadrantes in diametro habet, et septenaria
 quae septem, et deinceps simili incremento usque ad vicenariam.
 26 Omnis autem modulus colligitur aut diametro aut perimetro
 2 aut areae mensura, ex quibus et capacitas adparet. differentiam
 unciae, digiti quadrati et digiti rotundi, et ipsi<us> quinariae ut
 facilius dinoscamus, utendum est substantia quinariae, qui mo-
 3 dulus et certissimus et maxime receptus est. unciae ergo modu-
 lus habet diametri digitum unum et trientem digiti; capit plus
 quam <quinariae>quinariae octava, hoc est sescuncia quinariae
 4 et scripulis tribus et bese scripuli. digitus quadratus in rotun-
 dum redactus habet diametri digitum unum et digiti sescunciam
 5 sextu<la>m; capit quinariae dextantem. digitus rotundus habet
 diametri digitum unum; capit quinariae septuncem semun-
 27 ciam sextulam. ceterum moduli qui a quinarie oriuntur duobus
 2 generibus incrementum accipiunt. est unum cum ipsa<e>

25.1 plumbariis BOA: plumbaris C quinariae Bücheler: quinario C 2
 sint Heinrich: sunt C 5 vicenariam α: vicinariam C adiectione α: -tionē
 C sex] sex.s. C (sexs Bücheler) 26.1 areae mensura Holstenius, Polenius:
 eree mesure C 2 ipsius α: ipsi C substantia Holstenius, Polenius: sub-
 stantie C 3-5 repetuntur infra cap. 38 3 <quinarie> Bücheler: <quinarie
 plus> Grimal sescuncia Jocundus: seseuncia C 4 sextulam Jocundus: sex-
 tum C 27.1 quinarie A: quinarie C 2 est Heinrich: et C unum
 Polenius: una C: una <***> Krohn ipsae ego: ipsa C

- multiplicantur, id est eodem lumine plures quinariae includuntur, in quibus secundum adiectionem quinariarum amplitudo
 3 luminis crescit. est autem fere tunc in usu cum plures quinariae impetratae, ne rivus saepius convulneretur, una fistula excipiuntur in castellum, ex quo singuli suum modum recipiunt.
- 28** alterum genus est quotiens non ad quinariarum necessitatem fistula incrementum capit sed ad diametri sui mensuram, secundum quod et nomen accipit et capacitatem ampliat: ut puta quinaría, cum adiectus est ei ad diametrum quadrans, senariam facit. nec iam in solidum capacitatem ampliat; capit enim
 2 quinaríam unam et quincuncem sicilicum. et deinceps eadem ratione quadrantibus diametro adiectis, ut supra dictum est, cres-
 3 cunt septenaria, octonaria, usque ad vicenariam. subsequitur illa ratio quae constat ex numero digitorum quadratorum, qui area, id est lumine, cuiusque moduli contine<n>tur, a quibus
 2 et nomen fistulae accipiunt. nam quae habet areae {id est luminis in rotundum coacti} digitos quadratos viginti quinque, vicenum quinum appellatur; similiter tricenaria et deinceps per incrementum digitorum quadratorum usque ad centenum vi-
 30 cenum. in vicenaria fistula, quae in confinio utriusque rationis
 2 posita est, utraque ratio paene congruit. nam habet, secundum eam computationem quae in <an>tecedentibus modulis servanda est, in diametro quadrantes viginti, cum diametri eiusdem digiti quinque sint; et secundum eorum modulorum rationem qui sequuntur, aream habet digitorum quadratorum exiguo minus viginti.
- 31** Ratio fistularum quinaríarum usque ad centenum vicenum per omnes modulos ita se habet, ut ostendimus, et omni genere inita

multiplicantur *C*: multiplicatur *MV* 3 usu *Schultz*: usū *C* ne rivus *Jordansius*: neminis *C* saepius *Jocundus*: septus *C* **28.1** necessitatem *α*: necessitate *C* capacitatem *Jocundus*: capacitatis *C*: capacitatis <modum> *Krohn* senariam *Schultz*: senarium *C* 2 sicilicum <scripulum> *Krohn* **29.1** id est lumine *Bücheler* suspectum continentur *Ursinus*, *Polenus*: continetur *C* 2 id est . . . coacti *sedusi* per incrementum (*ex-torum*) *C*: pari incremento <quinorum> *Bücheler* (<*V*> *Krohn*) **30.2** habet *edd.*: habes *C* in antecedentibus *Polenus*: intecedentibus *C* aream *Holstenius*, *Bücheler*: adeam *C*

2 constat sibi. convenit et cum is modulis qui in commentariis
 3 {invictissimi et piissimi} principis positi et confirmati sunt. sive
 itaque ratio sive auctoritas sequenda est, utroque commenta-
 4 riorum moduli praevalent. sed aquarii cum manifestae rationi
 <in> pluribus consentiant, in quattuor modulis novaverunt:
 duodenaria et vicensaria et centenaria et cent<en>um vicenum.
 32 in duodenaria quidem nec magnus error nec usus frequens est.
 2 cuius diametro adiecerunt digiti semunciam sicilicum, capaci-
 [f.25^v, 3 tati quinariae †ebesem.† <in> reliquis autem tribus | modulis
 p.50] 4 plus deprenditur. vicensariam exiguiorem faciunt diametro
 5 digiti semisse, capacitate quinariis tribus et semuncia. quo mo-
 6 dulo plerumque erogant. centenariam autem et centenum vi-
 cennum, quibus adsidue accipiunt, non minuunt sed augent.
 7 diametro enim centenariae adiciunt digiti besem et semun-
 ciam, capacitati quinquarias decem besem semunciam {sicilicum}.
 8 centenum vicenum diametro adiciunt digitos tres septuncem se-
 munciam <sicilicum>, capacitati quinquarias sexaginta sex sextan-
 33 tem. ita dum aut vicensariae, qua subinde erogant, detrahunt aut
 cent<en>ariae et centenum vicenum adiciunt, quibus semper
 accipiunt, intercipiuntur in centenaria quinquariae viginti septem,
 2 in centenum vicenum quinquariae octoginta sex {uncia}. quod
 3 cum ratione adprobetur, re quoque ipsa manifestum est. nam ex
 vicensaria, quam Caesar pro quinariis sedecim adsignat, non plus
 erogant quam tredecim, et ex centenaria quam ampliaverunt

31.2 *seclusi* 4 cum *edd.*: cur *C* <in> *temptavit Polenus* centenum
edd.: centum *C* 32.1 in *ego*: et *C* duodenaria *C*: -ae *Jocundus* 2 ebe-
 sem *C*: quadrantem *Polenus* 3 <in> *Polenus* deprenditur *C*: deprehen-
 ditur α, *fort. recte* 4 semisse <et semuncia> . . . <et quadrante> et semuncia
Bücheler 5 erogant *ego*: erogatur *C* 6 centenariam *scripsi*: centenaria *C*
 minuunt *C*: minuuntur *MV* augent *ego*: augentur *C* 7 digiti bessem
Polenus: digitibus bese *C*: digiti plus besem *Krohn* semunciam <et scripu-
 los duos> *Ehlers* besem (*vel potius S =*) *Krohn*: semissem *C* sicilicum *hic*
delevit, post semunciam infra transposuit Bücheler: traditam lectionem def. Ehlers 8
 centenum vicenum *Polenus*: centeno viceno *C* semunciam *edd.*: semuncia *C*
 sicilicum *huc transp. Bücheler* quinquarias *Jocundus*: quinquaria *C* sextantem
C: semunciam duellam *Ehlers* 33.1 qua *Polenus*: quas *C* centenarie α:
 centarie *C* {uncia} *Bücheler* 3 ex¹ *ego*: pro *C*: et *Bücheler* ampli-
 averunt α: ampliaverunt *C*

- aeque certum est illos non erogare nisi ad artiorem numerum, quia Caesar secundum suos commentarios, cum ex quaque centenaria explevit quinarias octoginta unam se[missem] (item ex centenum vicenum quinarias nonaginta octo) tamquam ex-
- 34 hausto modulo desinit distribuere. in summa moduli sunt XX
 2 quinque. omnes consentiunt et rationi et commentariis, exceptis
 3 his quattuor quos aquarii novaverunt. omnia autem quae mensura continentur certa et immobilia congruere sibi debent; ita
 4 enim universitati ratio constabit. et quemadmodum verbi gratia sextarii ratio ad cyathos, modii vero et ad sextarios et ad cyathos respondet, ita et quinariarum multiplicatio in amplioribus
 5 modulis servare consequentiae suae regulam debet. alioqui cum in erogatorio modulo minus invenitur, in accepto <ve>ro plus, adparet non errorem esse sed fraudem.
- 35 Memineramus omnem aquam, quotiens ex [altiore loc]o venit et intra breve spatium in castellum cadit, non tantum respondere modulo suo sed etiam exuberare; quotiens vero ex humiliore, id est minore pressura, longius ducitur, segnitia ductus modum quoque deperdere; <e>t ideo secundum hanc rationem aut
- 36 oneranda<m> esse erogatione aut relevanda<m>. sed et positio
 2 habet momentum. in rectum et ad libram conlocatus modum servat; ad cursum aquae obpositus et devexus, id est ad haustum pronior, amplius rapit; ad latus praetereuntis aquae conversus
 3 et supinus, segniter et exiguum sumit. est autem calix modulus aeneus, qui rivo vel castello inditur; huic fistulae adplicantur.

eque C: eque <cent.vicenum> Bücheler (ex cent. et cent. vic. quas ampl. Schultz) semissem Polenus: se[c. 4 litt.] C 34.3 continentur α: continentur C 4 respondet Bücheler: respondent C 5 accepto <ve>ro scripsi: acceptore C: acceptorio UA 35 Memineramus C: -erimus edd. altiore loco Ursinus, Pithoeus: [c. 4 litt.]o C breve spatium Jocundus: breves. At cum C ducitur Bücheler: ducatur C deperdere (A) et Schultz: deperderet C onerandam . . . relevandam ed. Basil.: -da . . . -da C erogatione C: erogationem ed. Basil. 36.1 positio C(moduli scilicet, quod subaudiri potest): <calicis> positio Jocundus 2 servat Jocundus: servavit C id est . . . pronior huc transp. Krohn (post supinus legitur in C): interpretandi causa (ad obp. et dev.) adscripta iudicavit Bücheler segniter et Bücheler: segniŕer C 3 inditur Krohn: induitur C: inducitur Ursinus, Fea

4 longitudinis habere debet digitos non minus duodecim, lumen,
5 id est capacitate<m>, quanta impe<t>rata fuerit. excogitatus
videtur quoniam rigor aeris difficilior ad flexum non temere
potest laxari vel coartari.

37 Formulas modulorum qui sunt omnes viginti et quinque subieci,
quamvis in usu quindecim tantum frequentes sint, directas ad
rationem de qua locuti sumus, emendatis quattuor quos aquarii
2 novaverant. secundum quod et fistulae omnes, quae opus fa-
cient, derigi debent aut, si haec fistulae manebunt, ad quinaras
3 quot capient computari. qui non sint in usu moduli in ipsis est
adnotatum.

38 {Ed diametri trientem digitum dici quam qui quinarie sescuncia
2 et scripulis tribus et bes scripuli. Digitus quadratus in latitudine et
3 longitudine equalis est. Digitus quadratus in rotundum redactus
habet diametri digitum unum et digiti sescuncia; capit quinarie.

[f.26*, 4 Digitus rotundus | habet diametri digitum unum; capit quinarie
P.51] septuncen et semiunciam sextam.}

39 Fistula quinarie: diametri digitum unum < = -, perimetri> di-
gitos tres S = = - 3 III; capit quinarum unam.

40 Fistula <senaria>: diametri digitum unum semis, perimetri di-
gitos III S = £ 3 II; capit quinarum unam = = - 3 <VI>.

41 Fistula septenaria: diametri digitum I S = -, perimetri digitos
V S; capit quinarum I S = = - £; in usu non est.

42 Fistula octonaria: diametri digitos duos, perimetri digitos sex
< = - 3 X>; capit quinaras II S £ 3 quinque.

43 Fistula denaria: diametri digitos duos et semis, perimetri digitos
septem S = = 3 VII; capit quinaras III.

4 longitudinis *ego*: longitudo eius C lumen C: lumine *Grimal* id est *secl.*
Bücheler: eius *Schultz* capacitatem A: capacitate C impetrata *ego*: impe-
rata C 5 temere *edd.*: timeri C coartari α: coortari C 37.1 subieci
Schultz: subiecti C directas (di- *Schultz*) *Bücheler*: directam C Cap. 38 e
cap. 26 male repetitum ideoque hoc loco delendum indicavit *Schultz* 39 'desideramus
verbum habet' *Dederich* < = -, perimetri> *Polenus* S = = - 3 III *Polenus*
quinarum unam *Jocundus*: quinarie una C 40 <senaria> *Jocundus* 3 II
Bücheler: 3 III ut vid. C quinarum unam *Polenus*: quinaras novem C 3
VI *Polenus*: 3 VII *Bücheler* 41 V S *Polenus*: sex C I S = = - £ *Polenus*
42 = - (*Polenus*) 3 X *add. Bücheler* (3 VIII *Polenus*) 3 quinque C: sicilicum
(i.e. 3 VI) *Polenus* 43 3 VII *Bücheler*: 3 VIII C: sicilicum *Polenus*

- 44 Fistula duodenaria: diametri digitos <III, perimetri digitos> VI<III> = = - $\varnothing$ <III>; capit quinarias quinque S = - $\varnothing$ <II>; in usu non est. {alia} apud aquarios habebat diametri digitos III $\mathcal{L}$ $\varnothing$ VI, capacitatis quinarias sex.
- 45 Fistula quinum denum: diametri digitos III S = -, perimetri digitos XI S = - $\varnothing$ X; {alia} capit quinarias novem.
- 46 Fistula vicenaria: diametri digitos quinque $\mathcal{L}$ $\varnothing$, perimetri digitos XV S = = - $\varnothing$ VI; capit quinarias sedecim = - $\mathcal{L}$. apud aquarios habebat diametri digitos IIII S, capacitatis quina<ria>s XIII.
- 47 Fistula vicenum quinum: diametri digitos quinque S - $\mathcal{L}$ $\varnothing$ V, perimetri digitos decem et septem S = $\mathcal{L}$ $\varnothing$ VI; capit quinarias XX = = $\varnothing$ VIII; in usu non est.
- 48 Fistula tricenaria: diametri <digitos> sex = $\varnothing$ III, perimetri digitos decem et novem = = -; capit quinarias viginti quattuor = = - $\varnothing$ quinque.
- 49 Fistula tricenum quinum: diametri digitos sex S = $\varnothing$ II, perimetri digitos <XX> S = = - $\mathcal{L}$ $\varnothing$ V; capit quinarias XX<VIII S $\varnothing$ III>; in usu non est.
- 50 Fistula quadragenaria: diametri digitos septem - $\mathcal{L}$ $\varnothing$ III, perimetri digitos XXII = = - < $\varnothing$ II>; capit quinarias XXXII S -.
- 51 Fistula quadragenum quinum: diametri digitos septem S $\mathcal{L}$ $\varnothing$ octo, perimetri digitos XXIII S = - $\varnothing$ <X>; capit quinarias XXXVI S <-> $\mathcal{L}$ $\varnothing$ octo; in usu non est.

44.1 <III, perimetri digitos> *Polenus* VIII *Polenus*: sex C <III> *Bücheler* (II *Polenus*) <II> *Bücheler* 2 {alia} *Dederich* $\mathcal{L}$ $\varnothing$ VI *Polenus*: S $\varnothing$ V C 45 III S = - *Polenus* XI S = - (*Polenus*) $\varnothing$ X *Bücheler* ($\varnothing$ VIII *Polenus*) {alia} *edd.* 46.1 quinque $\mathcal{L}$ $\varnothing$ *Bücheler*: quinque *Polenus* S = = - $\varnothing$ VI *Bücheler*: bessem semuniciam *Polenus*: S = $\mathcal{L}$ $\varnothing$ II *Krohn* sedecim = - $\mathcal{L}$ *Bücheler*: XVI *Polenus* 2 IIII S *post Polenum Bücheler*: octo z C quinarias *edd.*: quinas C XIII *Bücheler*: III C: XII deuncem semuniciam *Polenus* 47 S = $\mathcal{L}$ *Bücheler*: $\varnothing$ VI *Krohn* ($\varnothing$ VII *ut vid. C, Bücheler*) XX = = $\varnothing$ VIII *Bücheler* 48 digitos *om. C* $\varnothing$ III C: $\varnothing$ III *Krohn* 49 S = $\varnothing$ II *Bücheler* XX (viginti) *add. Polenus* S = = - $\mathcal{L}$ $\varnothing$ V (deuncem *iam Polenus*) *Lindow-Krohn*: $\varnothing$ IIII C XXVIII S $\varnothing$ III *post Polenum Bücheler* 50 'exactius < $\varnothing$ II>' *Krohn* 51 S $\mathcal{L}$ $\varnothing$ octo *Polenus* XXIII *Polenus*: XXXIII C $\varnothing$ <X> *Krohn*: $\mathcal{L}$ *ut vid. C*: duellam *Polenus* S <-> $\mathcal{L}$ $\varnothing$ octo *Bücheler*

- 52 Fistula quinquagenaria: diametri digitos S = = - ξ $\exists$ quinque, perimetri digitos XXV ξ $\exists$ <V>III; capit quinquarias XL S = ξ $\exists$ V.
- 53 Fistula quinquagenum quinum: diametri digitos octo = = $\exists$ decem, perimetri digitos XXV <I> = - ξ < $\exists$ I>; capit quinquarias XLIII S = - ξ $\exists$ II; in usu non est.
- 54 Fistula sexagenaria: diametri digitos octo S = ξ $\exists$ novem, perimetri digitos XXVII = = <-> ξ < $\exists$ I>; capit quinquarias XL octo S = = $\exists$ XI.
- 55 Fistula sexagenum quinum: diametri digitos novem - $\exists$ III, perimetri <digitos> XX octo S -; capit quinquarias quinquaginta duas S = = - $\exists$ octo; in usu non est.
- 56 Fistula septuagenaria: diametri digitos novem = = <-> $\exists$ sex, perimetri digitos XXIX S = ; capit quinquarias L<V>II $\exists$ V.
- 57 Fistula septuagenum quinum: diametri digitos novem S = - $\exists$ sex, perimetri digitos XXX S = ξ ; capit quinquarias LXI - $\exists$ II; in usu non est.
- 58 Fistula octogenaria: diametri digitos decem - $\exists$ II, perimetri digitos XXXI S = ξ < $\exists$ I>; capit quinquarias LXV = .
- 59 Fistula octogenum quinum: diametri digitos decem = = ξ $\exists$ septem, perimetri digitos XXXII S = $\exists$ VI; <capit quinquarias LXVIII = ξ $\exists$ VIII>; in usu non est.
- 60 Fistula nonage<na>ria: diametri digitos decem S = $\exists$ X, perimetri digitos triginta tres S - ξ $\exists$ III; capit quinquarias septuaginta tres = - ξ $\exists$ V.

52 $\exists$ <V>III Lindow-Krohn: $\exists$ III C: $\exists$ VII Bücheler $\exists$ V Bücheler: $\exists$ III C
 53 = = $\exists$ decem cum Poleno Bücheler: = = ξ $\exists$ decem C XXV <I>
 Polenus: XXV C < $\exists$ I> Krohn $\exists$ II Bücheler: $\exists$ nouem C 54 octo S
 = ξ $\exists$ novem Polenus: novem S Z ξ $\exists$ octo C = = <-> ξ Polenus 'exactius ... < $\exists$ I>' Krohn $\exists$ XI Bücheler: $\exists$ octo C 55 digitos om. C duas
 Bücheler: duo C S = = - $\exists$ octo Bücheler 56 = = <-> $\exists$ sex Bücheler
 L<V>II Polenus: LII C $\exists$ V Bücheler: $\exists$ sex C 57 LXI Polenus: quadraginta unum C
 $\exists$ II Bücheler: $\exists$ III C 58 XXXI S post Polenum Bücheler: XXXII C
 'exactius ... < $\exists$ I>' Krohn 59 $\exists$ VI Krohn: $\exists$ III C capit quinquarias LXVIII add. Polenus
 = ξ $\exists$ VIII Lindow-Krohn: = - ('exactius = ξ $\exists$ XI') Bücheler 60 nonagenaria α : nonageria C S - ξ $\exists$ III Krohn (S - ξ $\exists$ II iam Polenus): S = = - $\exists$ IX C = - ξ $\exists$ V Bücheler: = = Z $\exists$ III C

- 61** Fistula nonagenum quinum: diametri digitos X S = = - ℓ ∅ XI, perimetri digitos XXX<III> S ℓ <∅ V>; capit quinarias LXXVII = = ℓ ∅ II; in usu non est.
- 62** Fistula centenaria: diametri digitos XI = - ∅ VIII, perimetri digitos XXXV = = - ℓ; capit quinarias octoginta unam = = - ∅ X. apud aquarios habebat diametri digitos XII, capacitatis quinarias nonaginta II - ℓ ∅ <X>.
- 63** Fistula centenum vicenum: diametri digitos duodecim = = ∅ VI, perimetri digitos XXXVIII S = =; capit quinarias LXXXXVII S = -. | apud aquarios habebat diametri digitos XVI, capacitatis quinarias centum sexaginta tres S <=> = - (qui modus duarum centenarum est).
- 64** Persecutus ea quae de modulis dici fuit necessarium, nunc ponam quem {ad} modum quaeque aqua, ut principum commentariis comprehensum est, usque ad nostram curam habere visa sit quantumque erogaverit; deinde quem ipsi scrupulosa inquisitione praecunte providentia {optimi} diligentissimi{que} Nervae principis invenerimus.
- 2 Fuerunt ergo in commentariis in universo quinariarum decem duo milia septingentae quinquaginta quinque, in erogatione decem quattuor milia decem et octo: plus in distributione quam <in> accepto computabatur quinariis mille ducentis sexaginta
- 3 tribus. huius rei admiratio, cum praecipuum officii opus in exploranda fide aquarum atque copia crederem, non mediocriter me convertit ad scrutandum quemadmodum amplius erogaretur
- 4 quam in patrimonio, ut ita dicam, esset. ante omnia itaque capita ductuum metiri adgressus sum, sed longe, id est circiter quinariis decem milibus, ampliorem quam in commentariis modum inveni, ut per singulas demonstrabo.

61 'exactius est XI' Bücheler: ∅ VIII C XXXXIII Polenus: XXX C ∅ V
 add. Krohn (sextulam add. Polenus) ∅ II Bücheler: ∅ III C **62.2** <X>
 Krohn **63.1** S = = Polenus LXXXXVII Polenus: octoginta septem C
 2 S <=> = - Bücheler liber primus explicit. liber secundus incipit. C
64.1 quem modum Polenus: quemadmodum C optimi et -que seclusi (cf.
 87.2) 2 <in> edd. 3 ut α: aū C

- 65 Appiae in commentariis adscriptus est modus quinariarum
 2 octingentarum <quadraginta> unius. cuius <a>quae ad caput
 3 inveniri mensura non potuit, quoniam ex duobus rivis constat. ad
 Gemellos tamen, qui locus est intra Spem veterem ubi iungitur
 cum ramo Augustae, inveni altitudinem aquae pedum quinque,
 latitudinem pedis unius dodrantis: fiunt areae pedes octo do-
 drans; centenariae viginti duae et quadragenaria, quae effici-
 unt quinarias mille octingentas viginti quinque: amplius quam
 <in> commentariis habet quinariis nongentis octoginta quat-
 4 tuor. erogabat quinarias septingentas quattuor: minus quam in
 commentariis adscribitur quinariis centum triginta septem, et
 adhuc minus quam ad Gemellos mensura respondet quinariis
 5 mille centum viginti una. intercidit tamen aliquantum e ductus
 vitio, qui cum sit depressio<r> non facile manationes ostendit;
 quas esse ex eo adparet quod in plerisque urbis partibus probata
 6 aqua observatur {id quod ex ea manat}. sed et quasdam fis-
 7 tulas intra urbem inlicitas deprehendimus. extra urbem autem
 propter pressuram librae, cum sit infra terram ad caput pedibus
 quinquaginta, nullam accepit iniuriam.
- 66 Anioni veteri adscriptus est in commentariis modus quinariarum
 2 mille quingentarum quadraginta unius. ad caput inveni quat-
 tuor milia trecentas nonaginta octo praeter eum modum qui in
 proprium ductum Tiburtium derivatur: amplius quam in com-
 mentariis est quinariis duobus milibus octingentis quinquaginta
 3 septem. eroga<ba>ntur antequam ad piscinam veniret quina-
 4 riae ducentae sexaginta duae. modus in piscina, qui per mensuras
 positas initur, efficit quinariarum duo milia trecentas sexaginta

65.1 <quadraginta> *Polenus* 2 aquae *Bücheler*: -que *C* 3 intra *C*: infra
Bücheler pedum *Schultz*: pedes *C* in (*MV*) commentariis habet *Schultz*:
 commentariis abent *C*: commentarii habent *Dederich* 5 cum *edd.* (quom
Bücheler): quam *C* depressior *edd.*: depressio *C* esse *var. lect. A, Polenus*:
 eise *C*: ei inesse *ed. Florent.* probata *C dubius retinui*: prolata *Polenus*: praebita
Jocundus {id . . . manat} *seclusi*: id est quae *Dederich*: {id} quae *Bücheler*
 7 cum *edd.* (quom *Bücheler*): quam *C* (cf. §5 *supra*) infra terram *Polenus*:
 ins. trā terrā *C* 66.1 quingentarum *Schultz*: quadringentarum *C* 3 ero-
 gabantur *Est, Jocundus*: erogantur *C* veniret *C*: perveniret *B^e* (cf. 67.3)
 quinariae α: quinariis *C*

- 5 duas. intercidebant ergo inter caput et piscinam quinariae
 6 mille septingentae septuaginta quattuor. erogabat post piscinam
 quinarias mille trecentas quadraginta octo: amplius quam in
 commentariis conceptionis modum significari diximus quinariis
 sexaginta novem, minus quam recipi in ductum post piscinam
 7 posuimus quinariis mille decem quattuor. summa quae inter ca-
 put et piscinam et post piscinam intercidebat quinariarum duo
 milia septingentae octoginta octo. quod errore mensurae fieri
 suspicarer, nisi invenissem ubi averterentur.
- 67** Marciae in commentariis adscriptus est modus quinariarum
 2 duum milium centum sexaginta duarum. ad caput mensus in-
 veni quinarias quattuor milia sexcentas nonaginta: amplius |
[f.27^r, P.53] 3 quam in commentariis est quinariis duobus milibus quingen-
 tis viginti octo. erogabantur antequam ad piscinam perveniret
 quinariae nonaginta quinque, et dabantur in adiutorium Tepu-
 lae quinariae nonaginta duae, item <in> Anionem quinariae
 4 centum sexaginta quattuor. summa quae erogabatur ante pisci-
 5 nam quinariae trecentae quinquaginta una. modus qui in piscina
 mensuris positus initur cum eo qui circa piscinam ductus eodem
 canali in arcus excipitur efficit quinarias duo milia nongentas
 6 quadraginta quattuor. summa quae aut erogatur ante piscinam
 aut {quinarias} <in> arcus recipitur quinariarum tria milia
 ducentae nonaginta quinque: amplius quam in conceptis com-
 mentariorum positum est quinariis mille centum triginta tribus,
 minus quam mensurae ad caput actae efficiunt quinariis mille
 7 trecentis nonaginta quinque. erogabat post piscinam quinarias
 mille octingentas quadraginta: minus quam in commentariis

6 piscinam² *Schultz*: iisei.nam *C* quinariis *Polenus*: quinarias *C* 7
 quinariarum *Jocundus*, qui et millium *scripsit*: quinarias *C*: quinariae *Bücheler*
67.3 <in> *Bücheler* 4 summa α: sūmā *C* 5 cum α: quom *C* qui *A*:
 quod *C*: quid *UBO* 'ex *Poleni* interpretatione scribendum fuit circa piscinam duc-
 tus' *Dederich*: circa piscine ductum *C*: 'fort. citra piscinam ductūs' *Krohn* arcus
Jocundus: arcu *C* nongentas *BOA*: nonaginta *C* 6 {quinarias} <in>
 (*Jocundus*) arcus (*MV*) *Polenus*: quinarias arcuo *C*: 'fort. <inde a pis>cina ri<vo>
 Marciae' *Krohn* 7 octingentas α: octingenta *C*

conceptionis <modum> significari diximus quinariis ducentis viginti septem, minus quam ex piscina in arcus recipiuntur
 8 {sunt} quinariis mille centum quattuor. summa utraque quae intercidebat aut inter caput et piscinam aut post piscinam quinariarum duo milia quingentae; quas sicut in ceteris pluribus locis
 9 intercipi deprehendimus. non enim eas cessare manifestum est et ex {hoc} eo quod <ad> caput praeter eam mensuram quam comprehendisse nos capacitate ductus posuimus effunduntur amplius trecentae quinariae.

68 Tepulae in commentariis adscriptus est modus quinariarum
 2 quadringentarum. huius aquae fontes nulli sunt; venis quibus-
 3 dam constabat, quae interceptae sunt in Iulia. caput ergo eius
 4 observandum est a piscina Iuliae. ex ea enim primum accipit quinarias centum nonaginta, deinde statim ex Marcia quinarias nonaginta duas, praeterea ex Anione novo ad hortos Epaphroditianos quinarias centum sexaginta tres. fiunt omnes quinariae quadringentae quadraginta quinque: amplius quam in commentariis quinariis quadraginta quinque, quae in erogatione comparent.

69 Iuliae in commentariis adscriptus est modus quinariarum sex-
 2 centarum quadraginta novem. ad caput mensura in<ven>iri non potuit quoniam ex pluribus acquisitionibus constat. sed [ad] sextum ab urbe miliarium universa in piscinam recipitur, ubi modus eius manifestis mensuris efficit quinarias mille ducentas sex: amplius quam in commentariis quinariis quingentis quin-
 3 quaginta septem. praeterea accepit prope urbem post hortos
 4 Pallantianos ex Claudia quinarias centum sexaginta duas. est omne Iuliae in acceptis: quinariae mille trecentae sexaginta octo.
 5 ex eo dat in Tepulam quinarias centum nonaginta; erogatur suo

<modum> *Schultz* (cf. 66.6) {sunt} *Schultz* quinariis *Schultz*: quinariae *C*
 8 quingente *C*: ID *Bücheler praeunte Poleno* 9 eas *edd.*: eos *C* hoc *seclusi*:
 eo *secl. Polenus*: hoc <et ex> eo *Schultz* <ad> *Polenus* **68.1** quadringen-
 tarum α: quadringentarum *C* 5 erogatione *Polenus*: erogaturne *C* **69.2**
 inveniri *var. lect. in ed. Basil.*: iniri *C* ad *Jocundus* (*spat. c. 3 litt. C*) 'videtur
 scribendum ad septimum' *Bücheler* 3 accepit *C*: accipit *Bücheler*

6 nomine octingentas tres. fiunt quas erogat quinariae nongentae
nonaginta tres: amplius quam in commentariis habet quinariis
trecentis quadraginta quattuor, minus quam in piscina habere
posuimus ducentis decem tribus, quas ipsas apud eos qui sine
beneficiis principis usurpabant deprehendimus.

70 Virgini in commentariis adscriptus est modus quinariarum sex-
2 centarum quinquaginta duarum. huius mensura ad caput in-
veniri non potuit quoniam ex pluribus acquisitionibus constat
3 et lenior rivum intrat. prope urbem tamen ad miliarium septi-
mum in agro qui nunc est Ceionii Commodi, ubi velociorem iam
cursum habet, mensuram egi quae efficit quinariarum duo milia
quingentas quattuor: amplius quam in commentariis quinariis
[f.27^v, 4 mille octingentis quinquaginta [du]abus. adpro|batio nostra
P.54] expeditissima est; erogat enim omnes quas mensura compre-
hendimus, id est duo milia quingentas quattuor.

71 Alsietinae conceptionis modus nec in commentariis adscriptus
est nec in re praesenti certus inveniri potuit, cum ex lacu Alsie-
tino et deinde circa Careias ex Sabatino <tantum accipiat>
2 quantum aquarii temperaverunt. Alsietina erogat quinarias tre-
centas nonaginta duas.

72 Claudia abundantior aliis maxime iniuriae exposita est.
2 in commentariis habet non plus quinariis duobus milibus octin-
gentis quinquaginta quinque, cum ad caput invenerim quina-
riarum quattuor milia sexcentas septem: amplius quam <in>
3 commentariis mille septingentis quinquaginta duabus. adeo
autem nostr[a cer]tior est mensura ut ad septimum ab urbe

6 quinariis trecentis *Schultz*: quinarias trecentas *C* deprehendimus α: de-
preensimus *C* **70.1** Virgini *ed. Argent.*: Virginis *C* 2 huius *Ursinus*,
Bücheler: minus *C* mensura *BOA*: mensurā *C* inveniri α: invenire *C*
potuit *C*: potui *Bücheler* rivum] rivo[m] *Bücheler*: rivo *C* 3 septimum] III
(*vel* II) *prop. Polenus* Ceionii *Pithoeus*: celony *C* iam *Bücheler*: sam *C*: sane
Polenus duabus *post Schultzium Bücheler* (. . . II *iam e calculis edd.*): [c. 4 *litt.*]inbus
(*vel* nibus) *C*: omnibus *ed. Florent.* 4 comprehendimus *scripsi*: deprehendimus *C*:
deprehendimus α **71.1** conceptionis α: conceptioni *C* Sabatino *edd.*:
abatino *C* <tantum> *Bücheler* <accipiat> *Schultz*: <habeat> *Holstenius*,
Polenus **72.1** Claudia *ed. Argent.*: Claudiae *C* 2 sexcenta *C* <in> α
3 ante adeo *spat. c. 5 litt. C* (*nihil deesse videtur*) nostra certior α: nostr[c. 3
litt.]tior *C*

- miliarium in piscina, ubi indubitatae mensurae sunt, inveniamus quinarias tria milia trecentas decem duas: plus quam in commentariis quadringentis quinquaginta septem, quamvis et ex beneficiis ante piscinam eroget et plurimum subtrahi deprehenderimus, ideoque minus inveniatur quam revera esse debeat
- 4 quinariis mille ducentis nonaginta quinque. et circa erogationem {autem} fraus adparet, quae neque ad commentariorum fidem neque ad eas quas ad caput egimus mensuras neque ad illas saltem <quae> ad piscinam {post tot iniurias} <positae>
- 5 sunt convenit. sola<e> enim quinariae mille septingentae quinquaginta erogantur: minus quam commentariorum ratio dat quinariis mille centum quinque, minus autem quam mensurae ad caput actae demonstraverunt quinariis duobus milibus octingentis quinquaginta septem, minus etiam quam in piscina
- 6 invenitur quinariis mille quingentis sexaginta duabus. ideoque cum sincera in urbem proprio rivo perveniret, in urbe miscbatur cum Anione novo, ut confusione facta et conceptio earum
- 7 et erogatio esset obscurior. quod si qui forte me adquisitionum mensuris blandiri putant, admonendi sunt adeo Curtium et Caerulum fontes aquae Claudiae sufficere ad praestandas ductui suo quinarias quas significavi quattuor milia sexcentas septem,
- 8 ut praeterea mille sexcentae effunda<n>tur. nec eo infitias quin ea quae superfluunt non sint proprie horum fontium; capiuntur enim ex Augusta, quem inventum in Marciae supplementum dum illa non indiget adiecimus fontibus Claudiae, quamvis ne huius quidem ductus omnem aquam recipiat.
- 73 Anio novus in commentariis habere ponebatur quinarias tria
- 2 milia ducentas sexaginta tres. mensus ad caput repperi quinarias

trecenta C quinaris C 4 et del. Grimal: lacunam post et signavit Krohn {autem} Jöcundus 'scribendum videtur saltem quae [quae iam Holstenius] ad piscinam post tot iniurias positae sunt, nisi quis malit quae – positae post t. i. sunt' Bücheler: quae factae ante sunt add. Krohn piscinam Polenus: piscinas C {post tot iniurias} seclusi sunt om. MV, del. Jöcundus 5 solae α: sola C dat α: datur C actae Ursinus, Schultz: facte C quinaris (bis) C 7 cerolum C sexcentas] -ta C effundantur α: effundatur C 8 ea C: eae Polenus proprie C: propriae Heinrich quem inventum C: quam inventam Holstenius, Dederich

quattuor milia septingentas triginta octo: amplius quam in
conceptis commentariorum est quinariis mille quadringentis
3 septuaginta quinque. quarum adquisitionem non auide me
amplecti quo alio modo manifestius probem quam quod in
erogatione ipsorum commentariorum maior pars earum con-
4 tinetur? erogantur enim quinariarum quattuor milia ducentae
{undecim}, <cum> alioquin in eisdem commentariis inve-
niatur conceptio non amplius quam trium milium ducentarum
5 sexaginta trium. praeterea intercipi non tantum quingentas
XXXVIII, quae inter mensuras nostras et erogationem inter-
6 sunt, <sed et> longe ampliorem modum deprehendi<mus>. ex
quo adparet etiam exuperare comprehensam a nobis mensu-
ram: cui<us> rei ratio est quod vis aquae rapacior, ut ex largo
et celeri flumine excepta, velocitate ipsa ampliat modum.

74 Non dubito aliquos admiraturos quod longe maior copia ac-
tis mensuris inventa sit quam erat in commentariis principum.
2 cuius rei causa est error eorum qui ab initio parum diligen-
3 ter uniuscuiusque fecerunt aestimationem. ac ne metu aestatis
aut siccitatum in tantum a veritate eos recessisse credam, obstat
id quod ips[e actis] mensuris Iulio mense hanc uniuscuiusque
copiam quae supra scripta est tota deinceps aestate durantem
[f.28^r, 4 exploravi. quaecumque tamen est causa quae praecedat | illud
P.55] utique detegitur decem milia quinariarum intercidis-
se, dum beneficia sua principes secundum modum <in> commentariis
75 adscriptum temperant. sequens diversitas est quod alius modus
concipitur ad capita, alius nec exiguo minor in piscinis, mi-
2 nimus deinde distributione continetur. cuius rei causa est fraus

73.3 erogatione *edd.*: -tionē C 4 erogantur *Holstenius, Polenus*: negantur
C ducentae cum (quom iam *var. lect. not. Holstenius*) *Poleno et Schultzio auc-*
toribus Dederich: ducentae undecim C non *MV*: nam C 5 XXXVIII *prae-*
unte Poleno Schultz: viginti septem C <sed et> B² (sed tantum *Jocundus*)
deprehendimus *ego*: deprendi C: deprehendi α 6 exuperare *ego*: exube-
rare C cuius *MV*: cui C 74.1 admiraturos *scripsi*: adnotaturos C 2
uniuscuiusque <aquae> *Schultz* 3 obstat (*Heinrich*) id *ego*: obstantib; C:
obstat illud *Grimal* ips[.c. 3 litt.] C: *suppl. Bücheler Polenum secutus* 4 <in>
Schultz 75.1 deinde C: denique *Schultz, fort. recte* in ante distrib. *add. Est,*
ed. Basil.

aquariorum, quos aquas ex ductibus publicis in privatorum usus
 3 derivare deprehendimus. sed et plerique possessorum, †e quo-
 rum agris aqua circumducitur† {unde}, formas rivorum per-
 forant. unde fit ut ductus publici hominibus privatis †vel ad
 76 oritorum† itinera suspendant. ac de vitiis eiusmodi nec plura
 2 nec melius dici possunt quam a Caelio Rufo dicta sunt in ea con-
 tione cui titulus est ‘de aquis’. quae nunc nos omnia simili licentia
 usurpata utinam non per offensas probaremus: inriguos agros,
 3 tabernas, cenacula etiam, corruptelas denique omnes perpetuis
 salientibus instructas invenimus. nam quod falsis titulis aliae pro
 aliis aquae erogabantur etiam si inter leviora ceteris vitia, inter
 ea tamen quae emendationem videbantur exigere numerandum
 4.5 est. quod fere circa montem Caelium et Aventinum accidit. qui
 colles, priusquam Claudia perduceretur, utebantur Marcia et
 6 Iulia. sed postquam Nero imperator Claudiam opere arcuato
 ad Spem exceptam usque ad templum divi Claudii perduxit
 ut inde distribueretur, priores non ampliatae sed omissae sunt.
 7 nulla enim castella adiecit, sed isdem usus est, quorum quamvis
 mutata aqua vetus appellatio mansit.
 77 Satis iam de modo cuiusque et velut nova quadam acquisitione
 aquarum et fraudibus et vitiis quae circa ea erant dictum est.
 2 superest ut erogationem quam confertam {et}, ut sic dicam, in
 massam invenimus, immo etiam falsis nominibus positam, per
 nomina aquarum, uti quaeque se habet, et per regiones urbis
 3 digeramur. cuius comprehensionem scio non ieiunam tantum
 4 sed etiam perplexam videri posse. ponemus tamen quam bre-
 5 vissime, ne quid velut formulae officii desit. iis quibus sufficiet
 cognovisse summam licebit transire leviora.

3 e *secl. Mommsen* circumducitur ‘vix sanum’ Bücheler {unde} Bücheler:
 inde α: subinde Dederich oritor(um) meis ipsius oculis legi, alii ortorum viderunt,
 unde ad hortorum <usum> Polenus (vel <usus> Bücheler) 76.6 ad Spem
 Bücheler: ascus C: altius Polenus exceptam α: excepta C 7 nulla α: a-
 nulla C 77.1 aquarum α: quarum C ea C: eas ut vid. α 2 et om. α
 massā C: massa Bücheler positam α: posita C 3 comprehensionem scio
 α: comprehensio. | nescio C ieiunam B²: ieiunum C 4 officii edd.: officis
 C desit iis A: desitus C 5 summā C: summa edd. verba non praeterit
 . . . fuerint (quae infra c. 88.4 leguntur) huc transferenda censuit Krohn

- 78 Fit ergo distributio quinariarum quattuordecim milium decem et octo ita ut quinariae DCCLXXI, quae ex quibusdam aquis in adiutorium aliarum dantur et bis in speciem erogationis cadunt, 2 semel in computationem veniant. ex his dividuntur extra urbem quinariae quattuor milia sexaginta tres: ex quibus nomine Caesaris quinariae mille septingentae decem et octo, privatis quinariae ∞∞ CCCXXXV. reliquae <quinariae novem> milia nongentae quinquaginta quinque intra urbem distribuebantur in castella ducenta quadraginta septem: <ex> quibus erogabantur {sub} nomine Caesaris quinariae mille septingentae septem semis, privatis quinariae tria milia octingentae quadraginta septem, usibus publicis quinariae quattuor milia quadringentae una: ex eo castris †ducenti† <qui>nariae ducentae septuaginta novem, operibus publicis nonaginta quinque quinariae ∞∞ CCCI, muneribus triginta novem quinariae CCCLXXXVI, lacibus quingentis nonaginta uni quinariae ∞ trecenta<e> tri- 4 ginta quinque. sed et haec ipsa dispensatio per nomina aquarum et regiones urbis partienda est.
- 79 Ex quinariis ergo quattuordecim milibus decem et octo, quam summam erogationibus omnium aquarum <es>se posuimus, dantur nomine Appiae extra urbem quinariae tantummodo quinque, quoniam †humiliortur etia.metitoribus.† 2 reliquae quinariae sescentae nonaginta novem intra urbem dividebantur per regiones secundam IIX VIII XI XII XIII XIII in castella viginti: ex quibus nomine Caesaris quinariae centum

78.1 Fit *Schultz*: Ud (= ut) C milia C ut *Schultz*: et C quinariae DCCLXXI *praeunte Poleno Bücheler*: quadraogen (ao in in *corr.*) triginta sex. quia unus C adiutorium α: adiutori uis C veniant *Schultz*: veniunt C 3 reliquae intra urbem milia C: intra urbem *transposuit Schultz* ut ante distribuebantur *legeretur* <quinariae> cur noster vocem hoc loco *praetermissurus fuerit non video* (cf. 79.2, 80.2, etc.) <novem> milium numerum (sc. VIII) *add. Polenus* <ex> *Schultz* sub *seclisi* ducentinarie C (quinariae *vestigia agnovit Polenus*): numerum castrorum varie *resituerunt* (X & VIII, i.e. decem et novem, *probabilius Polenus*, X *Schultz*, duo<devig>inti *Krohn*) ducenta C nonagintaquinque (sc. LXXXXV) *Polenus*: septuaginta quinque C: XCVI *Schultz* quingente nonaginta unum C trecenta C 79.1 'lego esse posuimus uti *Neap[olitanus codex]*' *Holstenius* (esse exposuimus P): seposuimus C *locus nondum sanatus*

[f.28^v,
p.56]

quinquaginta una, privatis quinariae centum nonaginta quatuor, <usibus> publicis quinariae trecenta<e> quinquaginta quattuor: ex eo castris I quinariae quattuor, operibus publicis quattuordecim quinariae | centum viginti tres, muneri uni quinariae duae, lacibus nonaginta duo<bus> quinariae ducentae viginti sex.

- 80** Anionis veteris erogabantur extra urbem nomine Caesaris quinariae centum sexaginta novem, privatis quinariae CCCCII-
 2 III. reliquae quinariae mille quingentae octo semis intra urbem dividebantur per regiones primam III IIII V VI VII VIII VIII XII XIII in castella triginta quinque: ex quibus nomine Caesaris quinariae sexaginta IV S, privatis quinariae CCCXC, <usibus> publicis quinariae quingentae LII: ex eo castris unis quinariae quinquaginta, operibus publicis XIX quinariae centum nonaginta sex, muneribus novem quinariae octoginta octo, lacibus nonaginta quattuor quinariae ducentae decem et octo.
- 81** Marciae erogabantur extra urbem nomine Caesaris quinariae
 2 CCLXI S <privatis quinariae **>. reliquae quinariae mille quadringentae septuaginta duae intra urbem dividebantur per regiones primam tertiam quartam V VI VII VIII VIII X XIII in castella quinquaginta unum: ex quibus nomine Caesaris quinariae CXVI, privatis quinariae quingentae quadraginta tres, <usibus publicis quinariae ***: ex eo> castris IIII quinariae XLII S, operibus publicis quindecim quinariae XLI, muneribus XII quinariae CIII, lacibus CXIII quinariae CCLVI.
- 82** Tepulae erogabantur extra urbem nomine Caesaris quinariae
 2 LVIII, privatis quinariae quinquaginta sex. reliquae quinariae CCCXXXI intra urbem dividebantur per regiones quartam V VI VII in castella XIII: ex quibus nomine Caesaris

2 una] unum C <usibus> Dederich trecenta C duae] duo C
 duobus] duo C ducentas C **80.2** IV S Krohn: Ius C: VI S Bücheler
 <usibus> Bücheler quingentae] quingentas C LII Polenus: tres C
 lacibus Bücheler (lacubus iam α): lacessus C **81.1** <privatis quinariae *>
 addidi Polenum secutus 2 usibus publicis quinariae CCCXXXVIII add.
 Polenus, sed numerus vix certus ex eo add. Bücheler quinariae α: quinariis C
 XLII S Bücheler: xli.is C xii C, nisi forte xu dispici crederes **82.2** regiones
 Dederich: regionem C

quinariae XXXIII, privatis quinariae CCXXXVII, usibus publicis quinariae quinquaginta: ex eo castris I quinariae duodecim, operibus publicis III quinariae septem, lacibus XIII quinariae XXXII.

- 83** Iulia fluebat extra urbem nomine Caesaris quinariis LXXX
 2 quinque, privatis quinariis CXXI. reliquae quinariae quingentae quadraginta octo intra urbem dividebantur per regiones secundam III V VI VIII X XII in castella decem et septem: ex quibus nomine Caesaris quinariae decem et octo, <privatis quinariae ***>, usibus publicis quinariae CCCLXXXIII: ex eo castris <*> quinariae sexaginta novem, operibus publicis <*> quinariae CXXCI, muneribus <*> quinariae sexaginta septem, lacibus viginti octo quinariae sexaginta quinque.
- 84** Virginis nomine exhibant extra urbem quinariae ducentae.
 2 reliquae quinariae duo milia trecentae quattuor intra urbem dividebantur per regiones septimam nonam quartamdecimam in castella decem et octo: ex quibus nomine Caesaris quinariae quingentae novem, privatis quinariae CCCXXXVIII, usibus publicis <quinariae> ∞ centum sexaginta septem: ex eo muneribus II quinariae XXVI, lacibus viginti quinque quinariae quinquaginta una, operibus publicis sedecim quinariae ∞
 3 CCCLXXX: in quibus per se Euripo cui ipsa nomen dedit quinariae CCCCLX.
- 85** Alsietinae quinariae trecentae nonaginta duae. haec tota extra urbem consumitur: nomine Caesaris quinariae trecentae quinquaginta IIII, privatis quinariae centum triginta octo.
- 86** Claudia et Anio novus extra urbem proprio quaque rivo
 2 erogabantur, intra urbem confundebantur. et Claudia quidem

83.1 Iulia fluebat C: Iuliae fluebant *edd.* quinariis¹ *Krohn*: quinarie C quinariis² C: quinarie α 2 regiones α: regionem C privatis *Polenus*, quinariae *Schultz* addiderunt numerum CLXXXXVI *add.* *Polenus* castrorum numerum II *prop.* *Krohn*, III *Polenus*, IV *Schultz* operum publ. numerum XI *prop.* *Schultz*, X *Polenus* muneribus <III> *Polenus* **84.2** quartadecimam C <quinariae> *Kunderewicz* ∞ centum sexaginta septem C: MCDLVII *Bücheler* unum C **85** trecenta C duo C trecenta C: CC *Polenus*

[f.29^r,
p.57]

extra urbem dabat nomine Caesaris quinarias CCXLVI,
privatis quinarias CCCXXX novem; Anio novus nomine
Caesaris quinarias septingentas viginti octo <privatis quina-
rias **>. reliquae utriusque quinariae tria milia quadringen-
tae nonaginta octo intra urbem dividebantur per regiones
urbis XIII in castella nonaginta duo: ex quibus nomine
Caesaris quinariae octingentae quindecim †V†, privatis quina-
riae ∞ <D> sexaginta septem, usibus publicis quinariae
∞ XV: ex eo castris novem | quinariae centum quadra-
ginta novem, operibus publicis decem et octo quinariae
CCCLXXXIII, muneribus XII quinariae centum septem,
lacibus <C>C viginti sex quinariae CCCXXXCV.

- 87 Haec copia aquarum ad Nervam imperatorem usque computata
ad hunc modum describatur. nunc providentia diligentissimi
principis quicquid aut fraudibus aquariorum intercipiatur aut
inertia pervertebat<ur> quasi nova inventione fontium adcrevit.
ac prope duplicata ubertas est, et tam sedula deinde partitione
distributa, ut regionibus quibus singulae serviebant aquae plures
darentur, tamquam Caelio et Aventino, in quos sola Claudia
per arcus Neronianos ducebatur, quo fiebat ut quotiens refec-
tio aliqua intervenisset celeberrimi colles sitirent. quibus nunc
plures aquae et in primis Marcia reddita amplo opere a S<p>e
in Aventinum usque perducitur. atque etiam omni parte urbis
lacus tam novi quam veteres plerique binos salientes diver-
sarum aquarum acceperunt, ut si casus alterutram impedis-
set, altera sufficiente non destitueretur usus. sentit hanc curam

86.2 quinarias α: quinarie C CCXLVI Bücheler: ccxiui C quinarias α:
quinarie C quinarias septingentas edd.: quinarie.Septingente C <pri-
vatis quinarias **> post Polemum addidi 3 quindecim.u. C: XVIII Bücheler:
XVI Krohn D addendum esse vidit Bücheler ∞ xu C: 'scribendum MCXII'
Bücheler CC MV, Polemus: centum C CCCXXXCV Krohn: cccxx.etcu
C: CCCXXXCII Bücheler 87.1 describatur Bücheler: de- C intercipi-
ebatur edd.: intercapiatur C 2 pervertebatur P: pervertebat C 3 du-
plicata Holstenius, Fea: publicata C et tam Bücheler: tam et C ut var. lect.
A: aut C refectio C: defectio α 4 'post reddita videtur intercidisse quae'
Bücheler opere α: operi C a Spe Schultze: ase C 88.1 curam α: cura
C

- {imperatoris piissimi} Nervae principis sui regina et domina orbis in dies, {quae terrarum dea consistit, cui par nihil et nihil secundum}, et magis sentiet<ur> salubritas eiusdem aeternae urbis aucto castellorum, operum, munerum et lacuum numero.
- 2 nec minus ad privatos commodum ex incremento beneficiorum eius diffunditur; illi quoque qui timidi illicitam aquam duce-
- 3 bant, securi nunc ex beneficiis fruuntur. ne pereuntes quidem aquae otiosae sunt: alia munditiarum facies, purior spiritus *est, et remotae sunt* causae gravioris caeli quibus apud veteres saepe urbis
- 4 infamis aer fuit. non praeterit me deberi operi novae erogationis ordinationem; sed haec cum incremento adiunxerimus, intelligi oportet non esse ea ponenda nisi consummata fuerint.
- 89 Quid quod nec hoc diligentiae principis, quam exactissimam civibus suis praestat, sufficit parum praesidii <usibus> ac voluptatibus nostris contulisse sese credentis, quod tantam copiam adiecit, nisi eam ipsam sinceriores iocundioresque faciat?
- 2 operae pretium est ire per singula, per quae ille occurrendo vitiis
- 3 quarundam universis adiecit utilitatem. etenim quando civitas nostra, cum vel exigui imbres supervenerant, non turbulentas
- 4 limosasque aquas habuit? nec quia haec universis ab origine natura est aut quia istud incommodum sentire debeant quae capiuntur ex fontibus (in primis Marcia et Claudia {ac reliquae}) quarum splendor a capite integer nihil aut minimum pluvia in-
- 90 quinator, si putea exstructa et oblecta sint. duae Aniensenses minus permanant limpidae, nam sumuntur ex flumine ac saepe etiam sereno turbantur, quoniam Anio, quamvis purissimo defluens

{imperatoris piissimi} *ego* {quae . . . secundum} *deleri iussit Lipsius* sentietur *ego*: sentiet *C* aeternae urbis *del. Bücheler* 3 alia α (alia iam *Polenus*): alla *C* est et remotae sunt causae *scripsi*: et cause *C*, qui post fuit *habet* est remotus: sunt remot(a)e *OA* sepe *B²*: se *C*: om.α: semper *Krohn* urbis α: urbi *C* 'fortasse veteres infamis urbis' *Bücheler* 4 incremento *C*: incrementa (et max {ea}) *Sauppe* 89.1 nec *ed. Argent.*: ne *C* praesidii *C* <usibus> *Bücheler*: praesidiis *Polenus* eam ipsam α: ea ipsa *C* 2 quarundam *Schultz*: quorundam *C*: 'fortasse scribendum aquarum quarundam' *Bücheler* 4 origine α: originē *C* debeant *edd.*: debeat *C* {ac reliquae} *seclusi* inquinatur *Jocundus*: inquinatus *C* oblecta *Polenus* (putei oblecti iam *Holstenius*): obiecta (nisi ab- *legas*) *C* 90.1 Aniensenses *Schultz*: an- tensis *C*: aniensis ut *vid.* α permanant: *Bergk*: permanent *C*

- lacu, mob<i>lit[ate] tamen cedentibus ripis aufert aliquid quo
 2 turbetur priusquam deveniat in rivos. quod incommodum non
 solum hibernis ac vernis sed etiam aestivis imbribus sentit, quo
 tempore exi<g>it<ur> grator aquarum sinceritas {exigitur}.
- 91 et alter quidem ex his, id est Anio vetus, cum plerisque libra
 2 sit inferior, incommodum intra se tenet. novus autem Anio vi-
 tiabat ceteras; nam cum editissimus veniat et in primis abun-
 3 dans defectioni aliarum succurrit. imperitia vero aquariorum
 deducendum in alienos eum specus frequentius quam exple-
 mento opus erat etiam sufficientes aquas inquinabat, maxime
 Claudiam, quae per multa milia passuum proprio ducta rivo
 4 Romae demum cum Anione permixta in hoc tempus perdebat
 proprietatem. adeoque obvenientibus non succurrebat{ur}, ut
 pleraeque accerserentur per imprudentiam non ut {in}dignum
 [f.29^v, 5 erat aquas par | tientium. Marciam ipsam et rigore et splendore
 p.58] gratissimam balneis ac fullonibus et relatu quoque foedis mini-
 92 steriis deprehendimus servientem. omnes ergo discerni placuit,
 tum singulas ita ordinari ut in primis Marcia potui tota serviret
 et deinceps reliquae secundum suam quaeque qualitatem aptis
 usibus adsignarentur, sic ut Anio vetus pluribus ex causis, quo
 inferior excipitur minus salubris, in hortorum rigationem atque
 in ipsius urbis sordidiora exiret ministeria.
- 93 Nec satis fuit principi nostro ceterarum restituere copiam et gra-
 2 tiam; Anionis quoque novi vitia excludi posse vidit. omisso enim
 flumine <aquam> repeti ex lacu qui est super villam Nero-
 3 nianam Sublaquensem, ubi limpidissima est, iussit. nam cum
 oriatur Anio supra Trebam Augustam, seu quia per saxosos

mobilitate ego: moblib|[c. 4 litt.] C: mobilibus (Jocundus) aquis Grimal: mollibus
 Ursinus, Dederich 2 exigitur scripsi: exiit C: vocem del. Dederich: ex<imie, licet
 nunquam non> sit Krohn: scilicet Walthier {exigitur} ego 91.4 obve-
 nientibus . . .] 'fere op<tima quaeque usibus con>venientibus' Krohn, qui et
 obelum adposuit succurrebat C: succurrebatur C: secernebatur Krohn ut
 {in}dignum ego: ud idignū C: uti dignum edd. 5 et rigore et splendore
 scripsi: frigore (P. Manutius, Schultz) et splendore Krohn: splendore (ex -ere) i
 rigore. et C foedis edd.: fideis C 92 inferior Holstenius, Dederich:
 interior C 93.2 <aquam> Heinrich limpidissima C: -mus Schultz
 3 Trebam edd.: tribam C

montes decurrit paucis circa ipsum oppidum obiacentibus cultis, seu quia lacuum altitudine in quos excipitur velut defaecatur, imminentium quoque nemorum opacitate inumbratus, frigidissimus simul ac splendidissimus eo pervenit. haec tam felix proprietas aquae omnibus dotibus aequatura Marciam, copia vero superatura, veniet in locum deformis illius ac turbidae, novum auctorem imperatorem Caesarem Nervam {Traianum} Augustum praescribente titulo.

- 94 Sequitur ut indicemus quod ius ducendae tuendaeque sit aquae, quorum alterum ad cohibendos intra modum impetrati beneficii privatos, alterum ad ipsorum ductuum pertinet tutelam. in quibus dum altius repeto leges de singulis *datas*, quaedam apud veteres aliter observata inveni<o>. apud antiquos omnis aqua in usus publicos eroga<ba>tur et cautum ita fuit: 'ne quis privatus aliam ducit<o> quam quae ex lacu humum accidit' (haec enim sunt verba eius legis), id est quae ex lacu abundavit; eam nos caducam vocamus. et haec ipsa non in alium usum quam in balnearum aut fullonicarum dabatur, eratque vectigalis statuta mercede quae in publicum penderetur. aliquid et in domos principum civitatis dabatur concedentibus reliquis. ad quem autem magistratum ius dandae vendendaeve aquae pertinuerit in iis ipsis legibus variatur. interdum enim ab aedilibus, interdum a censoribus permissum invenio; sed apparet quotiens in re publica censores erant, ab illis potissimum petitem, cum autem non erant, aedilium eam potestatem fuisse. ex quo manifestum est quanto potior cura maioribus communium utilitatum quam

paucis α: paucihis C: paucissimis *Schultz* oppidum *Rubenius*: oppidis (*pr. p* ex b) C altitudine *edd.*: -nē C quos *Holstenius, Polenus*: quo C opacitate α: -tē C 4 (a)equatura A: aquatura C Traianum *seclusi* 94.1 quod α: qua C 2 datas *Crook*: quilata C: perlatas *Polenus*: aquis latas *Bücheler* invenio *ego*: inveni C 3 antiquos C: quos *Dederich* omnis] omnes C erogabatur *Jocundus*: erogatur C et *Polenus*: ea C aliam <aquam> *add. Bücheler* praeeunte *Graevio* ducito *Crook*: ducat C accidit *Graevius*: accedit C eius legis A: et leges C: {et} legis B², *Polenus* 4 publicum pendere-tur B², *Jocundus*: publico impenderetur C 95.2 autem *scripsi*: duodecim C: (h)ii α 3 'ex quo . . . pertineret in caput 94 *extr. post* penderetur *transponenda*' *Bücheler*

privatarum voluptatum fuerit, cum etiam ea aqua quam privati ducebant ad usum publicum pertineret.

- 96 Tutelam autem singularum aquarum locari solitam invenio positamque redemptoribus necessitatem certum numerum circa ductus extra urbem, certum in urbe servorum opificum habendi, et quidem ita ut nomina quoque eorum quos habituri essent in ministerio per quasque regiones in tabulas publicas deferrent; eorumque operum probandorum curam fuisse penes censores, aliquando et aediles, interdum etiam quaestoribus eam provinciam obvenisse, ut apparet ex S.C. quod factum est C. Licinio et
- 97 <Q> Fabio consulibus. quanto opere autem curae fuerit ne quis violare ductus aquamve non concessam derivare auderet, cum ex multis apparere potest, tum et ex hoc quod Circus Maximus ne diebus quidem ludorum circensium nisi aedilium aut censorum permissu inrigabatur. quod durasse etiam postquam res ad curatores transiit sub Augusto apud Ateium Capitonem legimus.
- 2 agri vero qui aqua publica contra legem essent inrigati publicabantur. mancipi etiam, si clam eo quem <constaret> adversus
- 3 legem fecisse, multa dicebatur. in isdem legibus adiectum est
- 4 ita: 'ne quis aquam oletato dolo malo ubi publice saliet. si quis
- 5 oletarit, sestertiorum decem milia multa{tum} esto'. {oletato
- 6 videtur esse olidam facito.} cuius rei causa aediles curules iuebantur per vicos singulos ex iis qui in unoquoque vico habitarent praediave haberent binos praeficere, quorum arbitratu aqua in publico | saliret.

[f.30^r,
p.59]

- 98 Primus M. Agrippa post aedilitatem quam gessit consularis operum suorum et munerum velut perpetuus curator fuit. qui iam copia permittente discripsit quid aquarum publicis operibus,
- 2 quid lacibus, quid privatis daretur. habuit et familiam propriam

voluptatum] voluptatum *A*: voluntatium *C* 96 certum in *Jocundus*: centum ab *C* curam α: cura *C* penes *Pithoeus*: per *C* S. C. *Pithoeus*: eo *C* C. Licinio et *Q*. Fabio cons. *Polemus*: clycynio consule. et fabio censoribus *C*

97.1 potest α: posset *C* et *om.* α permissu α: -sū *C* 4 clam *Bücheler*: cum *C* constaret *addendum prop. Mommsen* fecisse *C*: fecisset *Holstenius*, *Dederich* dicebatur *ut vid.* α: dicebantur *C* 6 multa α: multatum *C* 7 {oletato . . . facito} *Bücheler* oletito *C* 8 causa α: causā *C* 98.2 discripsit *Bücheler*: de- *C* quid (*ante lac.*) α: quo *C*

99 aquarum quae tueretur ductus atque castella et lacus. hanc Au-
 2 gustus hereditate ab eo sibi relictam publicavit. post eum Q.
 Aelio Tuberonem Paulo Fabio Maximo consulibus in re, quae
 usque in id tempus quasi potestate acta certo iure eguit, senatus
 3 consulta facta sunt ac lex promulgata. Augustus quoque edicto
 complexus est quo iure uterentur qui ex commentariis Agrip-
 4 pae aquas haberent, tota re in sua beneficia translata. modulos
 etiam, de quibus dictum est, constituit et rei continendae ex-
 ercendaeque curatorem fecit Messalam Corvinum, cui adiutores
 dati Postumius Sulpicius praetorius et Lucius Cominius pedari-
 5 us. insignia eis quasi magistratibus concessa, deque eorum officio
 senatus consultum factum quod infra scriptum est. {S.C.}

100 Quod Q. Aelius Tubero Paulus Fabius Maximus cos. V. F. de iis
 qui curatores aquarum publicarum ex consensu senatus a Cae-
 sare Augusto nominati essent ornandis, D. E. R. Q. F. P. D. E. R.
 I. C. placere huic ordini eos qui aquis publicis praeessent cum
 eius rei causa extra urbem essent lictores binos et servos publi-
 cos ternos, architectos singulos et scribas et librarios, accensos
 praeconesque totidem habere quot habent ii per quos frumen-
 2 tum plebei datur; cum autem in urbe eiusdem rei causa ali-
 quid agerent ceteris apparitoribus isdem praeterquam lictoribus
 3 <uti>. utique quibus apparitoribus ex hoc senatus consulto cura-
 toribus aquarum uti liceret eos diebus decem [pr]oximis quibus
 senatus consultum factum esset ad aerarium deferrent; quique
 ita delati essent iis praetores aerarii mercedem cibaria quanta

99.1 hereditate *U*: hereditati *C* 2 consulibus *edd.*: consuli *C* in re que *C*:
 cum res *Bücheler* eguit *Dederich*: eguisse *C*: eguisset *edd.* consulta *Polenus*:
 consulto *C* facta *Polenus* (*iam P. Manutius, Ursinus*): acta *C* 3 tota α: tuta *C*
 5 deque α: de quo *C* consultum α (*c. tantum UBO*): consulto *C* S. C.
suspectum Poleno del. Dederich 100.1 Quod Q. α: Quodque *C* (*et sic saepius: hic*
semel moneo) Paulus *Pighius* (*P. iam α*): pullus *C* cos.] consul *C* ornan-
 dis *Bergk*: ordinandis *C* I. *Jocundus*: E. *C* eius α: ius *C* scribas {et}
 librarios *Mommсен* 2 agerent α: agēt (*aut ageret aut agent explicari potest*) *C*
 <uti> *Brissonius* 3 proximis α: [*c. 2 litt.*]oximis *C* consulto *C* de-
 ferrent *Pithoeus*: deferenti *C* delati α: dilati *C* pretores α: pretoris *C*
 mercedem *Casaubon*: mercede *C*: mercedes *Brissonius*

praefecti frumento dando dare deferreque solent annua darent et adtribuerent; isque eas pecunias sine fraude sua capere liceret.

- 4 utique tabulas chartas ceteraque quae eius curationis causa opus essent iis curatoribus {praebenda} Q. Aelius Paulus Fabius cos. ambo [alte]rve si is videbitur [adhi]bitis praetor[ibus] qui aerario
101 praesint, ea praebenda locent. itemque cum viarum curatores †que frumentique† parte quarta anni publico fungerentur ministerio, ut curatores <a>quarum iudiciis vac<ar>ent privatis publicisque.

- 2 apparitores et ministeria, quamvis perseveret adhuc aerarium in eos erogare, tamen esse curatorum videntur desisse inertia ac
 3 segnitia non agentium officium. egressis autem urbem dumtaxat
 4 agenda rei causa senatus praesto esse lictores iusserat. nobis circumeventibus rivos fides nostra et auctoritas a principe data pro lictoribus erit.

- 102** Cum produxerimus rem ad initium curatorum, non est alienum subiungere qui post Messalam huic officio ad nos usque praefuerint.

- 2 Messalae successit Planco et Silio consulibus Ateius Capito.
 3 Capitoni [C. Asinio Pollione] C. Antistio Vetere consulibus Tarius Rufus.
 4 Tario {et} Ser<v>io Cornelio Cethego L. Visellio Varrone consulibus M. Cocceius Nerva, divi Nervae avus, scientia etiam iuris inlustris.

praefecti frumento C: prefectis frumenti *Bergk* capere *Pithoeus*: facere C 4
 {praebenda} *Bücheler* ('*praeunte Casaubono qui alterum praebenda delevit*'): opus
 esset . . . praebere . . . ea praebenda *Brissonius*: op. esset . . . praebere, ea . . . {ea}
 praebenda *Dederich* Aelius] elius α: eius C consul C alterve α: [c.
 4 *litt.*]rve C adhibitis pretoribus α: [c. 5 *litt.*]bitis pretor[c. 6 *litt.*] C ea
Brissonius; et C: *voc. deleri iussit Casaubon* **101.1** viarum curatoresq(ue) frumen-
 tique(ue) C: u. cur. {que} frumentique *Polenus*: u. curatores <curatores>que
 frumenti qua parte {quarta} anni *Hirschfeld* fungerentur *scripsi*: fungebantur
 C: fungantur *Dederich* ut C: ea et *Hirschfeld* aquarum α: quarum C
 vacarent *Amatucci*, *Grimal*: vacent C 2 erogare *edd.*: eroget C **102.2**
 Planco et Silio *edd.*: plancus et silius C consulibus *UOA*: consules *CB* 3
 C. Asinio Pollione *Polenus*: [*spat. c. 5 litt.*] C consule C 4 tario α: taurio
 C et *del. B², Jocundus* Servio *edd.*: serio C

- 5 huic successit Fabio Persico L. Vitellio consulibus C. Octavius Laenas.
- 6 Laenati Aquila Iuliano et Nonio Asprenate consulibus M. Porcius Cato.
- 7 huic successit †post quem† Ser. Asinio Celere [Sex.] Nonio Quintiliano consulibus < **
 ** – ** consulibus> A. Didius Gallus.
- [f.30^v, 8 Gallo Q. Veranio | et Pompeio Longo consulibus Cn. Domitius
 p.60] Afer.
- 9 Afro Nerone Claudio Caesare. IIII. et Cosso Cossi f. consulibus L. Piso.
- 10 Pisoni Verginio Rufo et Memmio Regulo consulibus Petronius Turpilianus.
- 11 Turpiliano Crasso Frugi et Laecanio Basso consulibus P. Marius.
- 12 Mario Luccio Telesino et Suetonio Paulino consulibus Fonteius Agrippa.
- 13 Agrippae Silio et Galerio Trachalo consulibus Vibius Crispus.
- 14 Crispo Vespasiano .III. et Cocceio Nerva consulibus Pompeius Silvanus.
- 15 Silvano <Domitiano .II.> Valerio Messalino consulibus Tampius Flavianus.
- 16 Flaviano Vespasiano .V. Tito .III. consulibus Acilius Aviola.
- 17 post quem imperatore Nerva .III. et Verginio Rufo .III. consulibus ad nos cura translata est.

5 favio C consule C 6 Iuliano *Polenus*: iunianus C nonio α: nonius C
 7 *crucis adposui* (post † quem *Krohn*): postea *Polenus*: post quattuor menses
Hülßen (*coni. ex fastis Ost.*) Ser. Asinio Celere *Polenus*: serasinius celera C
 Sex. Nonio *suppl.Hülßen*: [*c. 4 litt.*]ionio C *lacunam statui* gallus α: gallius C
 8 gallo q. α: galloq(ue) C veranio *et pompeio* α: -ius *bis* C Longo
edd.: longus C: *fort.* Long<in>o consules C 12 Luccio *Bücheler*: lucius
(sed e additum supra) C telesino V (celesino α): celesinus C suetonius
 paulinus C: *em.* α consules C 13 Vibius *Pighius*: albius C 14 ves-
 pasiano α: -us C cocceio α: cocceia C consule C 15 Domitiano II
add. Ursinus, Bücheler 16 *mihi persuasum habeo aliquot curatorum nomina excidisse*
 17 imperatore *Est, edd.* (-em α): imperator C

103 Nunc quae observare curator aquarum debeat et legem senatusque consulta ad instruendum actum pertinentia subiungam.
 2 circa ius ducendae aquae in privatis observanda sunt, ne quis sine litteris Caesaris, id est ne quis aquam publicam non impetratam,
 3 et ne quis amplius quam impetravit ducat. ita enim efficiemus ut modus quem adquiri diximus possit ad novos salientes et
 4 ad nova beneficia principis pertinere. in utroque autem magna cura multiplici opponenda fraudi est: sollicite subinde ductus extra urbem circumeundi ad recognoscenda beneficia; idem in castellis et salientibus publicis faciendum ut sine intermissione
 5 diebus <et noctibus> aqua fluat. quod senatus quoque consulto facere curator iubetur, cuius haec {quoque} verba sunt.

104 <Quod Q> Aelius Tubero Paulus Fabius Maximus cos. V. F. de numero publicorum salientium qui in urbe essent intraque aedificia urbi coniuncta, quos M. Agrippa fecisset, Q. F. P. D. E. R. I. C. neque augeri placere nec minui <numerus> publicorum salientium quos nunc esse retulerunt ii quibus negotium a senatu est imperatum ut inspicerent aquas publicas
 2 inirentque numerum salientium publicorum. itemque placere curatores aquarum, quos {S. C.} Caesar Augustus ex senatus auctoritate nominavit, dare operam uti salientes publici quam adsiduissime interdium et noctu aquam in usum populi funderent.
 3 in hoc senatus consulto crediderim adnotandum quod senatus tam augeri quam minui salientium publicorum numerum
 4 vetuerit. id factum existimo quia modus aquarum quae is temporibus in urbem veniebant, antequam Claudia et Anio novus perducerentur, maiorem erogationem capere non videbatur.

103.1 consulta α: consulto C 2 aqu(a)e α: eaque C impetravit C: impetraverit *Schultz* 4 sol(l)icite α: sollicites C intermissione α: -nē C
 <et noctibus> *Sauppe*: <noctibusque> *Jocundus* 5 -**104.1** haec - Aelius *Dederich*: hec quoque verba sunt. *Elius C*: Quod Q. iam addiderant *Brissonius et Opsopoeus*, quod in quoque latere primus vidit *Dederich* **104.1** consul C <numerus> *Jocundus* nunc <CV> esse *prop. Bücheler* 2 S. C. suspectum *Poleno del. Schultz* publici α: -cis C 4 is] his C: iis α videbatur α: videbant C

105 Qui aquam in usus privatos deducere volet, impetrare eam debet et a principe epistulam ad curatorem adferre; curator deinde beneficio Caesaris praestare maturitatem et <ad> procuratorem eiusdem officii libertum Caesaris protinus scribere.

2 procuratorem autem primus Ti. Claudius videtur admovisse,

3 postquam Anionem novum et Claudiam induxit. quid contineat epistula vilicis quoque notum fieri debet, ne quando negligentiam aut fraudem suam ignorantiae colore defendant.

4 procurator calicem eius moduli qui fuerit impetratus adhibitis libratoribus signari cogitet, diligenter intendat mensurarum quas supra diximus modum, et positionis notitiam habeat, ne sit in arbitrio libratorum interdum maioris luminis interdum minoris

5 pro gratia personarum calicem probare. sed nec statim ab hoc liberum subiciendi qualemcumque plumbeam fistulam permittatur arbitrium, | verum eiusdem luminis quo calix signatus est per pedes quinquaginta, sicut senatus consulto quod subiectum est cavetur.

[f.3r, p.61]

106 Quod Q. Aelius Tubero Paulus Fabius Maximus cos. V. F. quosdam privatos ex rivis publicis aquam ducere, Q. D. E. R. F. P. D. E. R. I. C. ne cui privato aquam ducere ex rivis publicis liceret, utique omnes ii quibus aquae ducendae ius esset datum ex castellis ducerent, animadverterentque curatores aquarum quibus locis intra extra urbem apte castella privati facere possent ex quibus aquam ducerent quam ex castello communem accepissent a curatoribus aquarum.

2 ne cui eorum quibus aqua daretur publica ius esset intra quinquaginta pedes eius castelli ex quo aquam ducerent laxiorem fistulam subicere quam quinariam.

3 in hoc S.C. dignum adnotatione est quod aquam non nisi ex

105.1 <ad> *scripsi* libertum (*ut vid.*) α: liberium C 2 Ti. B: titus C 3 vilicis *Polenus*: vilici C quoque notum fieri *transposui*: fieri quoque notum C: q. f. n. *Heinrich* 4 positionis *Schultz*: posuimus C **106.1** consul C extra *secl. Bücheler*: extra<ve> *Sauppe* 2 ne C: neu *Dederich*: neve *Bücheler* cui *Brissonius*: qui C quinquaginta α: quinonaginta C quinariam] *‘vereor ne ab interpolatore additum sit cum intercidisset ea sententia quam cap. 105 extr. Frontinus significavit’ Bücheler*

castello duci permittit, ne aut rivi aut fistulae publicae frequenter lacerentur.

107 Ius impetratae aquae neque heredem neque emptorem neque
 2 ullum novum dominum praediorum sequitur. balneis quae
 publice lavarent privilegium antiquitus concedebatur ut semel
 3 data aqua perpetuo maneret; sic ex veteribus senatus consultis
 cognoscimus, ex quibus unum subieci. nunc omnis aquae cum
 possessore instauratur beneficium.

108 Quod Q. Aelius Tubero Paulus Fabius Maximus cos. V. F.
 constitui oportere quo iure intra [extra]que urbem duce-
 rent aquas quibus adtributae essent, Q. D. E. R. F. P. D.
 <E. R.> I. <C.> uti usque eo maneret adtributio aquarum,
 exceptis quae in usum balinearum essent datae aut haustus
 nomine, quoad idem domini possiderent id solum in quod ac-
 cepissent aquam.

109 Cum vacare aliquae coeperunt aquae, adnuntiatur et in com-
 mentarios redigitur, qui respiciuntur ut petitoribus ex vacuis dari
 2 possint. has *aquarii* statim intercipere solebant, ut medio tem-
 pore venderent aut possessoribus praediorum aut aliis etiam.
 3 humanius tamen visum est principi nostro, ne praedia subito
 destituerentur, triginta dierum spatium indulgeri, intra quod ii
 4 ad quos res pertineret < * * * >. de aqua in praedia sociorum
 5 data nihil constitutum invenio. perinde tamen observatur ac iure
 cautum ut, dum quis ex iis qui communiter impetraverant su-
 peresset, totus modus praediis adsignatus fluere et tunc demum
 renovaretur beneficium cum desisset quisque ex iis quibus datum
 6 erat possidere. impetratam aquam alio quam in ea praedia in
 quae data erit aut ex alio castello quam ex quo epistula principis

107.1 dominum *BOA*: hominum *C* 3 sic *C*: sicut α **108** consul *C*
 extra α : [*c. 3 litt.*]qui *C* F. *Jocundus*: I. *C* E. *add. Jocundus*: R. *add.*
ed. Panviniana *C*. *add. Jocundus* uti usque eo *Bücheler*: ut ius eoque *C*
 que *A*: quam *C* quoad α : quod ad *C* **109.1** aliquae *BOA*: alieque *C*
 2 *aquarii scripsi*: aquas *C* intercipere *Polenus*: intercidere *C* 3 tamen
Sauppe: etiam *C*: autem *Polenus*: *voc. del. Opsopoeus* lacunam statuit *Polenus* 5
 impetraverant *ego*: impetraverunt *C* quisque *edd.*: quisquam *C* 6 im-
 petratam aquam *Polenus*: Impetrata aqua *C* erit *Bücheler*: erat *C*

- continebit duci palamst non oportere, sed et mandatis prohi-
- 110** betur. impetrantur autem et eae aquae quae caducae vocantur,
 2 id est quae aut ex castellis aut ex manationibus fistularum. quod
 beneficium a principibus parcissime tribui solitum. sed fraudibus
 aquariorum obnoxium est; quibus prohibendis quanta cura de-
 beatur ex capite mandatorum manifestum erit quod subieci.
- 111** Caducam neminem volo ducere nisi qui meo beneficio aut
 2 priorum principum habent. nam necesse est ex castellis ali-
 quam partem aquae effluere, cum hoc pertineat non solum ad
 urbis nostrae salubritatem sed etiam ad utilitatem cloacarum
 abluendarum.
- 112** Explicitis quae ad ordinationem aquarum privati usus per-
 tinebant, non ab re est quaedam ex iis quibus circumscribi
 saluberrimas constitutiones in ipso actu deprehendimus exem-
 2 pli causa attingere. ampliores quosdam calices quam impetrati
 erant positos in plerisque castellis inveni et ex iis aliquos ne
 3 signatos quidem. quotiens autem signatus calix excedit legiti-
 mam mensuram ambitio procuratoris qui eum signavit detegi-
 4 tur. cum vero ne signatus quidem est, manifesta culpa omnium,
 5 maxime accipientis, deprehenditur, deinde vilici. in quibusdam,
 cum calices legitimae mensurae signati essent, statim amplioris
 [f.31^v,
p.62] moduli | fistulae subiectae fuerunt, unde acciderat ut aqua
 non per legitimum spatium coercita sed per brevis angustias
 6 expressa facile laxiorem in proximo fistulam impleret. ideoque
 illud adhuc, quotiens signatur calix, diligentiae adiciendum est
 ut fistulae quoque proximae per spatium quod S. C. compre-
 7 hensum diximus signentur. ita demum enim vilicus, cum scierit
 non aliter quam signatas conlocari debere, omni carebit excu-
113 satione. circa conlocandos quoque calices observari oportet ut
 ad lineam ordinentur nec alterius inferior calix alterius superior

110.1 e(a)e α: aee C <effluunt> *post* castellis *Jocundus*: <abundant> *Sauppe*:
lacunam post fistularum *statuit* Bücheler **111.1** *ante* caducam 20 *ferē* litt. *spatium*
in C: 'deest titulus capitis' Bücheler **112.4** 'deprehenditur *suspectum*, *certe* quidem
transponi debet ante maxime' Bücheler 5 acciderat α: acciderant C 6 illud
 α: illuc C 7 excusatione α: -nē C **113.1** inferior *edd.*: interior C

- 2 ponatur. inferior plus trahit; superior, quia cursus aquae ab infe-
 3 riore rapitur, minus ducit. in quorundam fistulis ne calices qui-
 4 dem positi fuerunt. hae fistulae solutae vocantur et ut aquario
114 libuit laxantur vel coartantur. adhuc illa aquariorum intolera-
 bilis fraus est: translata in novum possessorem aqua foramen
 novum castello imponunt, vetus relinquunt quo venalem ex-
 2 trahunt aquam. in primis ergo hoc quoque emendandum cu-
 3 ratori crediderim. non enim solum ad ipsarum aquarum cus-
 todiam sed etiam ad castelli tutelam pertinet, quod subinde et
115 sine causa foratum vitiatur. etiam ille aquariorum tollendus est
 2 reditus quem vocant puncta. longa ac diversa sunt spatia per
 3 quae fistulae tota meant urbe latentes sub silice. has comperi
 per eum qui appellabatur a punctis passim convulneratas om-
 nibus in transitu negotiationibus praebuisse peculiaribus fistulis
 aquam. quo efficiebatur ut exiguus modus ad usus publicos per-
 4 veniret. quantum ex hoc modo aquae servatum sit aestimo ex
 eo quod aliquantum plumbi sublatis eiusmodi ramis redactum
 est.
- 116** Superest tutela ductuum, de qua priusquam dicere incipiam
 pauca de familia quae huius rei causa parata est explicanda
 2,3 sunt. familiae sunt duae: altera publica, altera Caesaris. pub-
 lica est antiquior, quam ab Agrippa relictam Augusto et ab eo
 publicatam diximus; habet homines circiter ducentos quadra-
 4 ginta. Caesaris familiae numerus est quadringentorum sexa-
 ginta, quam Claudius cum aquas in urbem perduceret constituit.
- 117** utraque autem familia in aliquot ministeriorum species diduci-
 tur: vilicos, castellarios, circitores, silicarios, tectores aliosque
 2 opifices. ex his aliquos extra urbem esse oportet ad ea quae
 non sunt magnae molitionis, maturum tamen auxilium viden-
 3 tur exigere. homines in urbe circa castellorum et munerum
 stationes opera quaeque urgebunt, in primis ad subitos casus ut

115.3 comperi α: compari C negotiationibus C: negociatoribus *Jocundus*
 4 servatum C: sublatum *Jocundus*: surreptum *Bücheler*: servatum *Krohn*
 sublatis *Ursinus*, *Polenus*: sublatis C **116.2** ante familie 15 fere litt. spatium C
 4 familie α: familia C **117.1** diducitur *Jocundus*: de- C 3 homines
Bücheler: omnes C urbe α: urbē C

- ex compluribus regionibus in quam necessitas incubuerit con-
 4 verti possit praesidium aquarum abundantium. tam amplum
 numerum utriusque familiae, solitum ambitione aut neglegentia
 praepositorum in privata opera diduci, revocare ad aliquam
 disciplinam <statuimus>, et publica ministeria ita instituimus ut
 pridie quid esset actura dictaremus et quid quoque die egisset
 118 actis comprehenderetur. commoda publicae familiae ex aerario
 dantur, quod impendium exoneratur vectigalium redditu ad ius
 2 aquarum pertinentium. ea constant ex locis aedificiisve quae
 3 sunt circa ductus aut castella aut munera aut lacus. quem redi-
 tum prope sestertiorum ducentorum quinquaginta milium alie-
 natum ac vagum, proximis vero temporibus in Domitiani loculos
 conversum, iustitia divi Nervae populo restituit, nostra seduli-
 tas ad certam regulam redegit, ut constaret quae essent ad hoc
 4 vectigal pertinentia loca. Caesaris familia ex fisco accipit com-
 moda, unde et omne plumbum et omnes impensae ad ductus et
 castella et lacus pertinentes erogantur.
- 119 Quoniam quae videbantur ad familiam pertinere exposuimus,
 ad tutelam ductuum sicut promiseram divertemus, rem enixiore
 cura dignam, cum magnitudinis Romani imperii vel praecipuum
 2 sit indicium. multa atque ampla opera subinde nascuntur, quibus
 ante succurri debet quam magno auxilio egere incipiant,
 plerumque tamen prudenti temperamento sustinenda quia
 non semper opus aut facere aut ampliare quaerentibus cre-
 3 dendum est. ideoque non solum scientia peritorum sed et
 proprio usu curator instructus esse debet, nec suae tan-
 tum stationis architectis uti sed plurium advocare non minus
 fidem quam subtilitatem, ut aestimet quae repraesentanda,

abundantium *Heinrich*: abundantius *C* 4 ambitione aut neglegentia *edd.*:
 ambitionē aut neglegentiā *C* <statuimus> *scripsi* 118.1 commoda *B²*,
Jocundus: Quom(od)a eadem manu deletum *C* 2 constant *edd.*: constat *C* ex
 locis (*Bücheler*: hortis *Jocundus*: solo *Holstenius*) aedificiisve (*B²*, *Jocundus*): exo-
 lie.difficisve *C* 3 alienatum *Polenus*: alientem *C* constaret *edd.*: const-
 tarent *C* ad α: ab *C* 4 omne α: omnē *C* 119.1 enixiore *B²* *A*: enixio-
 rem *C* sit *C*: sint ('scil. ductus') *prop. Krohn* 2 nascuntur *C*: dilabuntur
Bücheler sustinenda *C*: festinanda *Krohn*

quae differenda sint, et rursus quae per redemptores ef-
120 fici debeant, quae per domesticos artifices nascuntur | opera
[f.32^r, ex his causis: aut vetustate corrumpitur quid aut impo-
p.63] tentia possessorum aut vi tempestatum aut culpa male
121 facti operis, quod saepius accidit in recentibus. fere aut
 vetustate aut vi <cae> partes ductuum laborant quae arcuationi-
 bus sustententur aut montium lateribus adplicatae sunt, et ex ar-
 2 cuationibus eae quae per flumen traiciuntur. ideoque haec opera
 3 sollicita festinatione explicanda sunt. minus iniuriae subiacent
 4 subterranea, nec gelicidiis nec caloribus exposita. vitia autem
 eiusmodi sunt ut aut non interpellato cursu <su>bveniatur eis
 aut emendari nisi averso non possint, sicut ea quae in ipso alveo
122 fieri necesse est. haec duplici ex causa nascuntur: aut enim limo
 conrescente, qui interdum in crustam indurescit, iter aquae
 coartatur, aut tectoria corrumpuntur, unde fiunt manationes
 2 quibus necesse est latera rivorum et substructiones vitiari. pilae
 quoque ipsae tofo exstructae sub tam magno onere labuntur.
 3 refici quae circa alveos rivorum sunt aestate non debent, ne
 intermittatur usus <eo> tempore quo praecipue desideratur,
 sed vere vel autumnus et maxima cum festinatione, ut scilicet
 ante praeparatis omnibus quam paucissimis diebus rivi cessent.
 neminem fugit per singulos ductus hoc esse faciendum, ne si
123 plures pariter avertantur desit aqua civitati. ea quae non inter-
 pellato aquae cursu effici debent maxime structura constant,
 2 quam et suis temporibus et fidelem fieri oportet. idoneum struc-
 turae tempus est a Kalendis Aprilibus in Kalendas Novembres,
 ita ut optimum sit intermittere eam partem aestatis quae nimis

120 his *edd.*: in *C* quid aut *Krohn*: aut quid *C*: aut imp. poss. quid cor-
 rumpitur aut vet. aut vi *Bücheler*: aut quid vet. corr. aut imp. poss. *Dederich*
121.1 tempestatum *add. post vi Jocundus* <cae> *Bücheler* sustententur
 α: sustentur *C* eae quae *edd.*: ea quae *A*: aque *C* 4 aquae ante cursu
add. Heinrich cursu subveniatur α: cursubveniatur *C* averso *Polenus*:
 aversa *C*: <aqua> aversa *Dederich* **122.3** sunt rivorum *cum transp. signis C*
 <eo> *addidi* **123.2** calendis et calendas *C* (K- α) eam *A*: iam *C*

caloribus incandescit, quia temperamento caeli opus est ut <et humorem> ex commodo structura conbibat et in unitatem conrob<or>etur; non minus autem sol acrior quam gelatio praecipit
 3 materiam. nec ullum opus diligentiores poscit curam quam quod aquae obstaturum est; fides itaque eius per singula secundum legem notam omnibus sed a paucis observatam exigenda
 124 est. illud nulli dubium esse crediderim, proximos ductus, id est qui a sexto miliario lapide quadrato consistunt, maxime custodiendos, quoniam et amplissimi operis sunt et plures aquas singuli sustinent. quos si necesse fuerit interrompere, maiore{m}
 3 parte{m} aquarum urb{is} destituet<ur>. remedia tamen sunt et huius difficultati<s> opus inchoatum excitatur ad libram deficientis, alveus vero plumbatis canalibus per spatium interrupti
 4 ductus rursus continuatur. porro quoniam fere omnes specus per privatorum agros directi erant et difficilis videbatur futurae impensae praeparatio nisi aliqua iuris constitutione succurreretur, simul ne accessu ad reficiendos rivos redemptores a possessoribus prohiberentur, S.C. factum est quod subieci.

125 Quod Q. Aelius Tubero Paulus Fabius Maximus cos. V. F. de rivis specibus fornicibus <a>quae Iuliae Marciae Appiae Tepulae Anienis reficiendis, Q. D. E. R. F. P. D. E. R. I. C. uti cum ii rivi <specus> fornices quos Caesar Augustus se refecturum impens<a> s>ua pollicitus senatui est reficerentur [. . .] ex agris

<et humorem> (*Heinrich*) ex commodo (*Schöne*) *scripsi*: ex commodi *C*: ex humore commode *ed. pr.* unitatem *Bücheler*: unitate *C* corroboretur α: conrobetur *C* sol acrior quam *C*: quam sol acrior *Dederich* gelatio *A*: celatio *C* 3 aquae *Jocundus*: eque *C* 124.1 sexto *C*: VII *Polenus* singuli sustinent α: singulis sustinet *C* 2 maiore . . . destituetur *scripsi*: maiorē partē aquarū urbis destituet *C*: destituent *Corradinus de Allio*: maior pars aquarum urbem destituet *ed. pr.*: maiorem partem urbis aqua tum destituet *Krohn* 3 huius *C*: his *edd.*: huiusmodi *Schultz* difficultatis (*Heinrich*) opus (*Polenus*): difficultatibus *C* alveus *A*, *Polenus*: alvea *C* 4 aliqua iuris *Schultz*: alicuius *C* 125 consul *C* aquae *Bücheler*: que *C* anyenis *C* <specus> *Schultz* Caesar Augustus *scripsi*: augustus cesar *C* impensa sua pollicitus α: impensua sollicitus *C* post reficerentur *spat. c. 8 litt. C*: ‘suppl. fere et necesse esset requirere’ *Krohn*

privatorum terram limum lapidem testam harenam ligna ceteraque quibus ad eam rem opus esset unde quaeque eorum proxime sine iniuria privatorum tolli sumi <ex>portari possint viri <boni> arbitrato aestimata darentur tollerentur sumerentur exportarentur; et ad eas res omnes exportandas earumque rerum reficiendarum causa quotiens opus esset per agros privatorum sine iniuria eorum itinera actus paterent darentur.

- 126** plerumque autem vitia oriuntur ex impotentia possessorum,
 2 qui pluribus <modis> rivos violant. primum enim spatia quae
 circa ductus aquarum ex S. C. vacare debent aut aedificiis aut
 3 arboribus occupant. arbores magis nocent, quarum radicibus
 [f.32^v, 4 et concamerationes et latera | solvuntur. dein vicinales vias
 p.64] 5 agrestesque per ipsas formas derigunt. novissime aditus ad tute-
 6 lam praecludunt. quae omnia S. C. quod subieci provisum sunt.

- 127** Quod Q. Aelius Tubero Paulus Fabius Maximus cos. V. F. aquarum quae in urbem venirent itinera occupari monumentis et aedificiis et arboribus conseri, Q. F. P. D. E. R. I. C. cum ad reficiendos rivos specusque <***>, per quae et opera publica corrumpantur, placere circa fontes et fornices et muros utraque ex parte quinos denos pedes patere, et circa rivos qui sub terra essent et specus intra urbem et {extra} urbi continentia aedificia utraque ex parte quinos pedes vacuos relinqui, ita ut neque monumentum in is locis neque aedificium post hoc tempus ponere neque conserere arbores liceret; <et> si quae nunc essent arbores intra id spatium exciderentur praeterquam si quae
 2 villae continentes et inclusae aedificiis essent. si quis adversus

terrā limū C: terra limus *Dederich* lapidē C: lapides *Bücheler* testam α: testa C <ex>portari ego: portari C possint C: possent *Sauppe* boni *add. B^e, Jocundus: post arbitrato rasuram 4 fere litterarum praebet C, in qua vestigia istius boni me dispexisse non dubito* **126.1** <modis> α **127.1** Q. (quintus α): que C consul C *Jocundus: que C cum del. Pithoeus lacunam statuit Bücheler* per que C: iter aquae *Gundermann: per<lineat, ut spatium circa eos pateat neve quicquam ad eos ponatur, quo impediuntur a>* quae *Mommсен: per quae . . . corrumpantur post conseri transp. Heinrich* et *del. ('nisi ea mavis')* *Bücheler* quinos *Pithoeus: c. uinos C (c. quinos α)* {extra} urbi *Bücheler: extra urbem C* <et> si quae (*edd.*) *scripsi: sique C* exciderentur *Polenus: exciperentur C*

ea commiserit, in singulas res poena HS dena milia essent, ex quibus pars dimidia praemium accusatori daretur cuius opera maxime convictus esset qui adversus hoc S. C. commisisset, pars
3 autem dimidia in aerarium redigeretur; deque ea re iudicarent cognoscerentque curatores aquarum.

128 posset hoc S.C. aequissimum videri, etiam <si> ex rei tantum publicae utilitate ea spatia vindicarentur, multo magis cum maiores nostri admirabili aequitate ne ea quidem eriperint privatis quae ad <com>modum publicum pertinebant, sed cum aquas perducerent, si difficilior possessor in parte vendunda fuerat, pro toto agro pecuniam intulerint et post determinata necessaria loca rursus eum agrum vendiderint, ut in suis finibus
2 proprium ius <tam> res publica quam privati haberent. plerique tamen, non contenti occupasse{nt} fines, ipsis ductibus manus adtulerunt. per suffossa latera passim <in>curso <*** non minus ii qui> ius aquarum impe<t>raturum habent, quam ii qui quantalacumque beneficii occasione ad expugnandos rivos abutuntur.
3 quid porro fieret si non universa ista diligentissima lege prohiberentur poenaeque non mediocris contumacibus intentare<tu>r?
4 qu<ar>e subscripsi verba legis.

129 T. Quin<c>tius Crispinus consul [de S. S.] populum iure rogavit populusque iure scivit in foro pro rostris aedis divi Iulii
2,3 p. K. Iulias. tribus Sergia principium fuit. pro tribu Sex.

2 poena HS *Polenus*: pena hes C 3 deque α: dique C **128.1** <si> *Jocundus* rei tantum publice utilitate B^e, *Jocundus*: re tantum publice utilitatis C cum C: autem *Bücheler* eriperint B^e, *Dederich*: eriperunt C commodum *van der Vliet*: modum C <tam> *ed. pr.* quam privati *ego*: quam privata C: privatique *Bücheler* 2 occupasse α: occupassent C suffossa *Heinrich*: suetossa C passim <in>curso< . . .> ius (passi in- *interp.* *Schultz*, ius iam α) *ego*: passim|cursus C non minus *ego*: tam *Polenus* ei qui *Polenus* impetratum α: imperatum C hii C quantalacumque *ed. pr.*: quantulumcumque C: quantuli- *Bücheler* occasione *ed. pr.*: occasionis C rivos *Bücheler*: nū C: nunc α: *fort.* expugnandum rivum 3 intentaretur *edd.*: intenter C 4 quare *Schultz*: que C: <ideo>que *Grimal* **129.1** quintius O, *edd.*: quintius C de S(enatus) S(ententia) *post Büchelerum Mommsen*: [*spat. c. 5 litt.*] C p.K.] pr(idie) K(alendas) *Bücheler*: P.R. C 2 tribus *Brissonius*: tribui C 3 tribu *Brissonius*: tribus C

- 4 <Vibidius> L. f. Virro <primus scivit>. Quicumque post hanc legem rogatam rivos specus fornices fistulas tubulos castella lacus aquarum publicarum quae ad urbem <Romam> ducuntur <ducentur> sciens dolo malo foraverit ruperit foranda rumpendave curaverit peiorave fecerit quo minus eae aquae <e>arumve quae <a>qua in urbem Romam ire cadere fluere pervenire duci <possit> quove minus in urbe Roma et in iis locis qua aedificia urbi continentia sunt erunt, in iis hortis praediis locis quorum hortorum praediorum locorum dominis possessoribus V. F. aqua data {vel} adtributa est {vel} erit, saliat distributur dividatur in castella lacus inmittatur, is populo Romano
- 5 <HS> centum milia dare damnas esto; et qui <S.> D. {a} M. quid eorum ita fecerit, id omne <re>sarcire reficere restituere <red>aedificare <re>ponere excidere demolire damnas esto {sine dolo malo} <e>aque omnia ita ut<i quod recte factum esse volet> quicumque curator aquarum est erit <aut> si curator aquarum nemo erit tum is praetor qui inter cives et peregrinos ius dicet multa{m} pignoribus cogito exerceto, eique curatori aut si curator non erit tum ei praetori eo nomine cogendi *exercendi* multa<e> dicenda<e> {sunt} pignoris capiendi | ius

[f.33^r,
p.65]

nomen deesse vidit Heinrich: Vibidius Dessau: Visellius Bücheler: S. Sextius Gundermann <primus scivit> *Brissonius* 4 <Romam> et <ducentur> *Schultz* peiorave *Schultz*: peioremve *ut vid. C.* puteumve *temptavi* eae aquae earumve *Polenus*: eae aquarumve *C* quae <a>qua *Crawford*: quequa *C*: {que}qua *Polenus*: quaeque *Schultz*: quae pars *Bücheler*: quaque quae *Mommsen*: quae que<at> *Gundermann* fluere *Opsopoeus, Brissonius*: fluus *C* <possit> *Bücheler*: <possint> *ed. pr.* locis qua aedificia *Mommsen*: locis que edificia *C*: aedificiis quae loca aedificia *Bücheler*: {locis} aedificiis quae *Jocundus* V(su) F(ructuarii) *expl. Ursinus, Gundermann*: possessoribusve *Pithoeus* vel (bis) *delevi* <HS> *Bücheler* 5 <S> (i.e. sine) *Crook* qui d(olo) {a} m(al)o *Bücheler*: quidā *C* <re>sarcire *ego* <red>aedificare <re>ponere *Crawford*: edificare ponere *C*: {aedificia} reponere *Heinrich* excidere *Mommsen*: et celere *C*: {e} tollere *Gundermann*: et delere *temptavit Bücheler* demolire *C*: demoliri *Gundermann* {sine dolo malo} *seclusi* eaque *Mommsen*: aqu(a)e *C*: atque α *lacunam ind. Heinrich*: ut<i quod> *ego*, <recte – volet> *Mommsen* <aut> *Brissonius* is α: his *C* dicet *Bücheler*: dicit *C* multa *Brissonius*: multā *C* exerceto *Gundermann*: exercito *C*: coercito *edd.* pretori *A*: pretorio *C* cogendi exercendi *Crawford*: cogē. Decoercenda *C*: cogendi coercendi *Polenus* multae dicendae *Jocundus*: multa dicenda *C* {sunt} *Crawford*: sive *Jocundus*

- 6 potestasque est<o>. si quid eorum servus fecerit, dominus eius
 7 HS centum milia populo <Romano> D. D. E. si qui <locu>s
 circa rivos specus fornices fistulas tubulos castella lacus aquarum
 publicarum quae ad urbem Romam ducuntur {et} ducentur ter-
 minatus <e>st {et} erit, ne {que} quis in eo loco post hanc legem
 rogatam quid obponit<o> molit<o> obsaepit<o> figit<o> sta-
 tuit<o> ponit<o> conlocat<o> [in]arat<o> serit<o>, neve in
 eum quid inmittit<o> praeterquam earum <rerum> facien-
 darum reponendarum causa {praeterquam} quod hac lege
 8 licebit oportebit. qui adversus ea quid fecerit {et} adversus eum
 siremps lex ius{su} causaque omnium rerum omnibusque esto,
 atque uti esset esse{q}ve oportere<t> si is adversus hanc legem
 9 rivum specum rupisset forassetve. quo minus in eo loco <qui
 locus> <circa fontes et for{tu}ni[ces] et muros et rivos et specus
 terminatus est> <erit pecus> pascere herbam fenum secare
 sentes [tollere liceat quove minus in eo loco] curatores aquarum
 qui nunc sunt quique erunt {circa fontes et for{tu}ni[ces] et
 muros et rivos et specus terminatus est} arbores vites vepres

esto α: est C 6 R. (i.e. Romano) post populo add. Bücheler D(are)
 D(amnas) E(sto) praeunte Ursino Bücheler: det C: dare damnas dedito in marg.
 B² 7 qui locus Bücheler: quis C et seclusi est et erit Bücheler (et del.
 Grimal): steterit C ne Schult: neque C: neve Gundermann obponito &
 cet.] imperativum modum rest. B², Schult: [in]arato scripsi: arat C immittito
 Schult: immittit C earum <rerum> ego: earum C ('scilicet aquarum publi-
 carum' Gundermann): rerum (pro earum) Mommsen {praeterquam} Opsopoeus
 quod C: quae <quidem> Opsopoeus 8 {et} Heinrich: et adv. eum del. Scaliger:
 ei (delete adv. eum) Ribbeck: ei adv. eum ('scilicet locum terminatum') Gunder-
 mann siremps lex ius Scaliger: si rem publicam ex iussu C: fort. siremps <res>
 lex ius omnibusque C: omninoque Ribbeck esseve oporteret Ritschl: es-
 seque oportere C 9 qui locus Bücheler praeunte addidi circa fontes . . .
 terminatus est huc transtuli (legitur in C post quique erunt) fornices et muros
 Polenus: fortuni[c. 4 litt.] et muror(um) C terminatus C: <qua> terminatum
 Crawford <erit> Crawford, <pecus> ego tollere liceat (Mommsen) quove
 minus (Crawford) in eo loco scripsi: [spat. c. 15 litt. ante Curatores] C circa
 fontes quique erunt cum transponendi signis C

- sentes ripae maceria<e> salicta harundineta tollantur exci-
dantur effodiantur excodicentur <curent>, uti quod recte fac-
tum esse vole<n>t <E. H. L. N. R.>, eoque nomine iis pig-
noris capio multae dictio <coerciti>o <exe>rciti<o>que esto,
idque iis sine fraude sua facere licet<o> ius potestasque esto.
- 10 quo minus vites arbores quae villis aedificiis maceriisve in-
clusae sunt maceriae<ve> quas curatores aquarum causa cog-
nita ne demolirentur dominis permiserunt quibus inscripta in-
sculpta{q}ve essent ipsorum qui permisissent curatorum no-
mina maneat <eius> hac lege nihilum rogatur. quo minus
11 ex iis fontibus rivis specibus fornicibus aquam sumere hau-
rire iis quibuscumque curatores aquarum permiserunt permi-
serint praeterquam rota *coclea* machina licea<t> dum ne qui
puteus ne{q}ve foramen novum fiat eius hac lege nihilum
rogatur.
- 130 utilissimae legis contemptores non negaverim dignos poena quae
intenditur. sed negligentia longi temporis deceptos leniter revo-
2 cari oportuit. itaque sedulo laboravimus ut quantum in nobis
3 fuit etiam ignorarentur qui erraverant. is vero qui admoniti ad
indulgentiam imperatoris decucurrerunt possumus videri causa
4 impetrati beneficii fuisse. in reliquo<s> vero opto ne executio
legis necessaria sit, cum officii fidem etiam per offensas tueri
praestet.

'fortasse maceriae' Bücheler; maceria C <curent> Crawford recte α: rec-
tum C volent Schultz; volet C <E.H.L.N.R.> Mommsen capio Dede-
rich: capto C: captio edd. multae dictio Scaliger: multa edici C <coer-
citi>o <exe>rciti<o>que esto Crawford: po.[c. 2 litt.]o[c. 2 litt.].R citi questo
C: coercitioque esto Opsopoeus liceto B², Bruns: licet C: liceat edd. esto
α: isto C ante quominus (§10) spat. c. 15 litt. C: 'sed duo haec enuntiata apte
cohaerent' Bücheler 10 maceriaeve Mommsen: macerie C curatores α: cu-
ratorum C insculptave Mommsen: -que C <eius> post Bücheler Crawford
rogatur Crawford: rogatio C: rogato Mommsen: rogator Scaliger 11 coclea
scripsi: calice C liceat MV: licea C neve ego: neque C rogatur Craw-
ford: rogato C: rogator Scaliger 130.2 quanta C: em. α 3 qui α: aut C
causa α: causā C 4 reliquos ego: reliquo C: reliquum Schultz praestet
Jocundus: prestiit C: praestiterit Schultz

